DE ELLIPSIS BRACHYLOGIAEQUE APUD HERODOTUM ET THUCYDIDEM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS SPORMANN

GUESTPHALUS.

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT E. KARRAS

MDCCCLXXXVIII.

PARENTIBUS

SACRUM.

Caput I.

De brachylogiae et ellipsis differentia.

Varias in dicendo brevitates, quae apud Herodotum et Thucydidem per ellipsin et brachylogiam factae sunt, priusquam exemplis illustrem, facere non possum, quin pauca dicam de differentia, quae intercedit inter haec duo artis grammaticae vocabula, praesertim cum etiam hodie saepe alterum cum altero confundatur a viris doctis. Mittamus autem, quas sibi finxit ellipses graecas Lambertus Bosius[1]), qui vir etsi summo cum studio atque industria laudabili, tamen sine ullo iudicio ingeniique acumine ellipsium, quas indagasse sibi videbatur ingentes, molem congessit. Ut enim mos erat multorum hominum philologorum illius aetatis, cum in veterum scriptorum locis offendebant neque habebant, quomodo difficultates expedirent, saepe inepte temereque confugere ad interpretationes contortas et per vim plane absurde adhibitas, ita Lambertus quoque Bosius invitante rei facilitate, ubicunque res bene procedere visa est, ab ellipsibus auxilium petivit. Cuius hominis aliorumque furorem compescuit vir egregius Godofredus Hermannus, postquam iam paulo antea Henricus Schaeferus in adnotationibus ad Bosi librum scriptis haud paucis locis illorum occaecatos animos ad saniorem rationem revocavit. Quae protulit Hermannus in nobili sua de ellipsi et pleonasmo in graeca lingua dissertatione[2]) verba, haec sunt: „ellipsis est omissio vocabuli, quod etsi non dictum cogitatur tamen. — Atque ante omnia cavendum est, ne

[1]) Lamberti Bos ellipses graecae.

[2]) Wolf. Mus. ant. stud. vol. I p. 102 vel G. Hermann. opusc. I p. 151 sqq. et ad Vig. p. 867 sqq.

ellipsis confundatur cum duobus aliis dicendi modis, quorum in altero propter varias causas aliquid inchoatum abrumpitur, quae figura aposiopesis vocatur." Deinde p. 152: „Illud genus, in quo e praecedentibus vel sequentibus verbis aliquid intellegendum est, eo ab ellipsi differt, quod in vera ellipsi id, quod intellegi debet, nusquam dicitur; aposiopesis autem eo quidem cum ellipsi convenit, quod in utraque aliquid prorsus omittitur, sed diversa est ab ellipsi eo, quod in ellipsi aliquid ob rationem grammaticam, in aposiopesi ob rhetoricam abest."

Tertium illud genus, quod aposiopesis vocatur, propter simplicitatem rei, cum dubitari ubi statuenda sit, non possit, hic mittamus.

Brachylogiam habemus, si vocabulum ex ratione grammatica desideratum aut eadem forma in antecedentibus vel sequentibus invenitur aut flexu mutatum ex eo, quod adest, facile elici potest. Spectat autem hoc genus non minus ad verba quam ad nomina, non solum in sententiis hypotacticis sed etiam in paratacticis. Exemplum, quod affert Hermannus, hoc est: Eur. Hec. 57: *ὡς πράσσεις κακῶς, ὅσονπερ εὖ ποτε,* in quo ex verbo *πράσσεις* sumitur *ἔπρασσες.* Itaque non prorsus omissum est vocabulum *ἔπρασσες,* sed dictum licet latenter vel latet in *πράσσεις,* cum in ellipsi vocabulum cogitandum omnino non legatur et plane de integro supplendum sit, ut *ἦλθε τὴν ταχίστην ἐς Βαβυλῶνα,* in quibus per ellipsin vocabulum *ὁδόν* omissum est, aut in *ἡ ναυτική,* ubi prorsus deest *τέχνη.*

Alia differentia ellipsis et brachylogiae eo continetur, quod in hac grammaticus semper de certo aliquo vocabulo cogitare debet, quod facile per rationem grammaticam et logicam elicitur ex eo quod adest, cum multae sint ellipses, in quibus omnino dici non potest, quod vocabulum omissum sit, quale est exemplum Thuc. III, 92, 6: *ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς.* Neminem hic negaturum credo, locutionem esse ellipticam, quippe quod adiectivum *καινῆς* genere feminino pendens ex praepositione *ἐκ* ex ratione grammatica flagitet substantivum generis feminini. Quodsi quis originem huius formulae multarumque similium explicare velit, mea quidem sententia ei confugiendum est ad analogiam. Etenim ut in formula *τὴν ταχίστην* sine dubio de *ὁδόν* principio cogitandum est atque in *ἐκ ταχείας*

multo usu memoria omissi substantivi ὁδοῦ iam evanuit popularibus, ita ratione alicuius vocabuli supplendi omnino non habita paulatim novae formulae, compositae ex praepositione et adiectivo generis feminini, formatae sunt, quae grammatico vel homini exterae gentis speciem licet ellipticam praebentes popularibus tamen non mancae visae sed ut plene dictae prorsus adverbialiter usurpatae sunt. Huc pertinent etiam vocabula illa in η cadentia, ut ὅπῃ, ταύτῃ, πολλαχῇ, ἀμφοτέρῃ alia, in quibus nemo amplius de ὁδῷ cogitavit in dicendo. Quae cum ita sint, facile intellegitur Hermanni verba „ellipsis est omissio vocabuli, quod etsi non dictum cogitatur tamen" non in omnes ellipses quadrare; de quo enim vocabula cogitasse Graecos in formula ἐκ καινῆς similibusque putemus?

Iam illud mihi attingendum est, in quo Hermanno assentiri non possum virorumque doctorum alii de ellipsi alii de brachylogia cogitant. Res clara fit, si exemplum spectas, quod Hermannus attulit ex Agam. v. 1375: παίω δέ νιν δίς. — καὶ πεπτωκότι τρίτην ἐπενδίδωμι, quem locum ellipticum esse negans brachylogiae regioni attribuit vir doctissimus, dicens substantivum desideratum πληγήν latere in verbo praegresso παίω ideoque non prorsus omissum esse sed dictum licet latenter. Sed primum Hermanno respondendum est, vocabulum πληγήν nusquam dici, neque in antecedentibus neque sequentibus exstare neque forma eadem neque variata, id quod in brachylogia fieri nequit. Deinde autem non opus est de certo vocabulo πληγήν cogitare, sed obscure talia dicta sunt, ut nos quoque dicimus „er hat ihm einen derben versetzt, gehauen" aut „er hat einen zuviel getrunken", quocum bene comparatur illud Theocriteum XVIII, 11: ἦ ῥα πολύν τιν᾽ ἔπινες. Quibus in exemplis sane ratio logica maximeque vis verborum παίειν hauen, πίνειν trinken docent, grammatico, qui locutiones explicare studet, de substantivis πληγή Hieb, Schlag aut ποτόν Trunk cogitandum esse. Vera autem ellipsis natura parum intellegeretur, si quis putaret etiam popularem de substantivo aliquo supplendo hic cogitasse. Proprium enim est plurimis ellipsibus, ut grammatica integritate laesa popularibus nulla vox deesse sed locutio licet obscura tamen plena esse videri debeat. Revocandum autem est hoc genus ad figuram, quam dicimus etymologicam,

quam saepissime a Graecis et plene et elliptice usurpatam esse constat, cum verbum et substantivum non solum eandem stirpem habere possint ut *μάχην μάχεσθαι*, *πληγῆναι πληγήν*, sed etiam radicibus diversis ad sensum tantum conveniant, ut *τρίτην ἐπενδίδωμι*, *γέφυραν ζευγνύναι*, *διανταίαν οὐτᾶν*. Itaque ubicunque substantivum deest ita, ut de manca figura etymologica cogitari possit, ellipsin non brachylogiam statuere debemus, quam rem comprobat id ipsum, quod maximam partem omissum vocabulum omnino iam non sentitur, quod nunquam in brachylogia fieri potest, cum proprium sit ellipsi, ut multo usu manca aliqua locutio pro plena atque integra valeat.

Quae cum ita sint, equidem cum Hermanno de loco illo Aeschyleo consentire non possum, sed Bernhardyum[1]) secutus in talibus ellipsin statuendam esse censeo, quod idem fecisse video Hillerum in adnotatione ad Theocriti locum XIV, 35.

Recte deinde Boettcherus[2]) locum Anab. V, 8, 12: *τοῦτον μὲν ἀνέκραγον ὡς ὀλίγας παίσειεν* ellipticum esse dicit, cum Hermannus, si spectas eius iudicium de loco Aeschyleo, brachylogiam intellegi non dubium sit quin voluerit, praesertim cum apud Xenophontem verbis modo allatis praecedant paulo ante haec: *ἐνταῦθα ἔπαισά σε.*

Iam fugere te non potest, Doederleinum virum doctissimum in nobili sua de brachylogia dissertatione[3]) inepte locutionem *τρεῖς πλήσσεσθαι* brachylogiae regioni attribuere.

Iam mihi ex brachylogiarum copia duo genera afferenda sunt, quae caveas velim ne cum ellipsi confundas, quod ex Hermanni definitione haud scio an fieri possit. Alterum est, quod zeugma appellamus, alterum illud, in quo per oppositionem ex vocabulo, in quo inest sensus negativus, cogitari debet vocabulum, quod habet sensum affirmativum. Ac primum quidem, si exempli causa consideras zeugma, quod inest in loco Aeschyleo Prom. 21: *ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν ὄψει*, facile tibi persuadebis ad *φωνὴν* necessario nobis cogitandum

---

[1]) Wissensch. Syntax p. 190.

[2]) H. Böttcher., de ellipseos apud Xenophontem usu, Königsberg 1875, p. 5.

[3]) De brachylogia sermonis graeci et latini, progr. acad. Erlangae 1831; sive in „Reden und Aufsätze" II p. 190.

esse *ἀκούσῃ*, quod verbum neque in antecedentibus neque in sequentibus exstat, quamobrem ex Hermanni sententia fortasse de ellipsi cogitandum esse. Sed omne zeugma ab ellipsi seiungendum est, quod Graeci homines grammatica integritate servata in zeugmate verbum, quod adest, sensu generali communiter et ad duo obiecta et ad duo subiecta intellegebant, ita ut nihil deesse popularibus videretur.

Alterum genus duobus exemplis in praesens illustrare volo. Her. VII, 143: *οἳ οὐκ ἔων ναυμαχίαν ἀρτέεσθαι, ἀλλ᾽ (ἐκέλευον) ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν ἄλλην τινὰ οἰκίζειν*, tum I, 160: *ἦν δὲ χρόνος οὗτος — ὅτε Χίων οὐδεὶς — οὔτε πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν — οὔτε πέμματα ἐπέσσετο — ἀπείχετό τε (ἕκαστος) τῶν πάντων ἱρῶν.*

Quibus in exemplis non prorsus desunt vocabula *ἐκέλευον* et *ἕκαστος*, ut plane de integro cogitanda sint, sed latet *ἐκέλευον* propter oppositionem, quae inducitur per particulam *ἀλλά*, in *οὐκ ἔων*, et *ἕκαστος* in voce *οὐδείς*, quae antecedit. Deest in tali brevitate certus usus, quem semper statuere debemus in ellipsi. Scriptor autem vel is qui loquitur varium in modum in brachylogia ipse sibi sumit brevitatis licentiam pro suo arbitrio ratus, quae adsint orationis partes satis explicaturas esse eas, quae desint, ita ut innumerabiles brachylogiae species oriri possint; ellipsis autem regio finibus angustis circumscripta est, cum certae sint formulae et locutiones, in quibus solus usus ut gravis arbiter vocabulum aliquod omitti posse decrevit. Ita exempli causa saepe occurrit ellipsis vocabuli *ἡμέρα* in adiectivis *ὑστεραῖος, δέκατος, προτεραῖος*, nusquam contra, quantum scio, dixerunt Graeci *τῇ δὲ ἄλλῃ, τῇ μὲν — τῇ δέ, ταῖς μὲν — ταῖς δέ*, habent autem priores harum formularum apud Herodotum et Thucydidem notionem localem, raro modalem, de qua re postea videbimus.

Iam facere non possum, quin mentionem faciam eius rei, in qua Geistium[1]), qui vir in programmate scholastico bene de ellipsis natura exposuisse mihi videtur, Bernhardyum secutum frustra operam collocasse iudico. Id enim agit, ut originem

[1]) A. H. Geist., die Ellipse in besonderer Beziehung auf ihren Gebrauch bei den griech. Schriftstellern. Krotoschin 1858.

primasque ellipsium omnium causas investiget. Itaque cum sibi persuaserit omnes ellipses revocandas esse ad rationem rhetoricam (rhetorisches Princip) in tres partes totam copiam distribuit, quibus continentur ellipses rhetoricae, grammaticae, populares (volkstümliche). Quam distinctionem ferri non posse, ipsius Geistii exempla docent. Cum enim talia, qualia sunt Xenoph. Anab. V, 8, 12: *τοῦτον μὲν ἀνέκραγον πάντες ὅτι ὀλίγας παίσειεν* vel Theocr. XVIII, 11: *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες*, ex Geistii sententia pro ellipsibus rhetoricis habenda sint, nemo dubitare potest, quin talia in sermone cotidiano orta inde transierint in poetarum et prosae orationis scriptorum sermonem, qui talibus locutionibus saepe utuntur et per analogiam novas fingunt, quae res probari videtur hisce locis: Soph. Coeph. 640 *ξίφος διανταίαν οὐτᾷ.* Electr. 1415 *παῖσον διπλῆν.* Ant. 1308 *τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;* Theocr. XIV, 34 *τᾶμος ἐγών, τὸν ἴσαις τὺ Θυώνιχε, πὺξ ἐπὶ κόρρας ἤλασα, κἄλλαν αὖτις.* Sept. 895 *διανταίαν πεπλαγμένος.* Herod. III, 64 *καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι.*

Quid? quas appellat ellipses grammaticas, quo in numero refert praeter alias omnes verborum, qualia sunt *εἶναι, ἔχειν, γίγνεσθαι, γιγνώσκειν, λέγειν, εἰπεῖν, πράττειν*, et substantivorum ut *χώρα, γῆ, οἶκος, ἡμέρα* aliorum, dubium esse non potest, quin maximam partem in sermone cotidiano dicendi celeritas, neglegentia, commoditas effecerint, ut illa vocabula omitterentur, quam ob rem in his ellipsibus nomen „volkstümliche" eodem iure adhibere possis, cum, si spectas poetas et oratores, qui consulto, ut vim et pondus orationi concilient, talium verborum ellipsibus utuntur, aptius de ellipsibus rhetoricis dicas. — Quae cum ita sint, ego, si quis recte ellipses distribuere velit, censeo, non ei obliviscendum esse primas earum causas simpliciter petendas esse ex linguae natura populique ingenio, quibus fit, ut non solum ex grammatica et logica ratione fiant ellipticae locutiones, sed etiam, qua est populus cogitandi mobilitate et in dicendo novarum formarum cupiditate, per analogiam similium novae ellipses gigni possint. Uberrimum autem fontem videlicet commoditatem in sermone cotidiano esse, ex qua praeter multa alia manarunt illae locutiones, quibus utebantur in singulis artibus sodales aut in victu exercitationibusque, mani-

festum est. Itaque artium disciplinarumque scholae, palaestrae, fora, rostra, theatra non neglegenda sunt.

Neque vero facere possum, quin, priusquam finem imponam prooemio dissertationis meae, pauca attingam, quae castiganda mihi videntur. Ac primum quidem ellipsis definitionem a Thierschio prolatam[1]): „Ellipse tritt dann ein, wenn in der Rede nicht alle Vorstellungen und Begriffe, deren sie fähig ist, hervortreten und ausgesprochen, aber aus Stellung und Zusammenhang leicht können ergänzt werden. Wer, was er denkt, nicht sagt, spricht ungeschickt (!), es sei denn, dass Furcht, Scheu oder andere Rücksichten ihn hindern ganz auszusprechen, was er will. Wer den Gedanken nicht mit allen Begriffen denkt, die er umfassen kann, spricht elliptisch" plane inutilem esse facile cognoscitur, quadrat enim in brachylogiam, ellipsin, aposiopesin.

Omnino vero destituit nos Matthiaei explicatio[2]): „Ellipse ist die Auslassung eines oder mehrerer Wörter, die zur grammatischen Vollständigkeit eines Satzes wesentlich erfordert werden."

Kruegerum autem ne verbo quidem ellipsis naturam attigisse valde dolendum est. Tacet item de ea re Wilkius.[3])

Perspicuitate deinde carent, quae generaliter dicit Kuehnerus[4]): „Ellipse wird die Weglassung eines logisch untergeordneten und daher minder notwendigen, grammatisch aber d. h. zum Ausdruck eines Begriffes oder Gedankens notwendig zu ergänzenden Satzteiles oder Satzes genannt." Aliquanto clariora esse neque vero ad omnes locos recte interpretandos sufficere credo, quae deinde profert[5]): „Von der Ellipse ist die Brachylogie zu unterscheiden. Bei der Ellipse ist ein grammatisch, d. h. zur Darstellung eines Begriffes oder Gedankens notwendiges Element wirklich ausgelassen, bei der Brachylogie aber findet nicht eine wirkliche sondern nur eine scheinbare Weglassung eines zur Darstellung eines Begriffes oder Gedankens

---

[1]) Gr. Gramm. p. 581.

[2]) Gr. Gramm. p. 1308.

[3]) W. Wilke, de ellipsi copulae verbi *εἶναι* in fabulis Euripideis. Breslau 1876.

[4]) Gr. max II p. 1063.

[5]) p. 1066.

erforderlichen Elementes statt, indem dasselbe auf irgend eine Weise (?) im Satze oder in einem Satzgliede involviert liegt. Der Gebrauch der Ellipse wird teils durch das Wesen der Sprache, teils durch den Gebrauch und die Gewohnheit gegeben und lässt sich daher auch auf gewisse Regeln zurückführen. Der Gebrauch der Brachylogie aber hängt von der Willkür des Redenden ab, indem er sich derselben so oft bedienen kann, als er glaubt, die Kürze seiner Ausdrucksweise werde in den ausgesprochenen Worten seiner Rede ihre Erklärung und ihr Verständnis finden."

Confundere autem nonnunquam ellipsin cum brachylogia Kuehnerum, satis cognosci potest ex exemplis, quae utrique generi attribuit; cum enim, ut unum afferam, locutionem *ἴσην ἔτισεν* recte ellipticam appellet[1]), tales quales sunt *ναυμαχήσαντες μίαν* et Soph. Electr. 10 *τὸν ἀεὶ πατρὸς δειλαία στενάχουσα* brachylogiae inepte attribuit.

Gravissime erravit de ellipsi et brachylogia Helbigius.[2]) Cuius verba „Potest vocabulum, id quod videtur omissum esse (per ellipsin scilicet), alio enuntiati vocabulo indicari, quod aut formam habet plane eandem vel solo flexu mutatam" re vera nihil sunt nisi ex parte definitio brachylogiae, quod probatur optime exemplis, quae Helbigius offert, e quibus pauca hic habeas: Soph. Trach. 26 *τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς, εἰ δὴ καλῶς* (*ἔθηκε*). v. 7 *νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή* (*ἔσχε*). Oed. Col. 520 *πείθου· Κἀγὼ γὰρ* (*πείσομαι*), *ὅσον σὺ προσχρῄζεις.* Ant. 708 *ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος* (*ἔχει*), *ἢ ψυχὴν ἔχειν.* Aias 1237 *ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος οὗπερ οὐκ ἐγώ* (*ἔβην καὶ ἔστην*). Eur. Orest. 879 *ὁρῶ δ' ἄελπτον φάσμ', ὃ μήποτ' ὤφελον* (*ἰδεῖν*).

Ellipsin deinde cum brachylogia confudisse Storchium[4]) ex eo colligitur, quod in verbis Paus. I, 26, 5 *βωμοί εἰσι, Ποσειδῶνος καὶ Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου*, quae plene dicenda sunt *βωμοί, πρῶτος μὲν Ποσειδῶνος, δεύτερος δὲ Βού-*

---

[1]) Gr. max. II p. 1064.

[2]) C. Helbig., de ellipsis apud tragicos Graecos usu. Breslau 1868.

[3]) pag. 6.

[4]) O. Storch., syntaxeos Pausanianae capp. de ellipsi, de pleonasmo, de brachylogia etc. Waldenburg 1872. p. 1.

του, τρίτος δὲ Ἡφαίστου, ellipsin adiectvorum *πρῶτος* et *δεύτερος* statuit, similiter in l. I, 29 *ἐς Σαρδῶ καὶ δεύτερα ἐς Ἰωνίαν καὶ τρίτον ἐς Θρῄκην*, quod deesset ad *Σαρδῶ* vocabulum *πρῶτον*. Attamen luce clarius est, omnia hic integra esse, quippe quod neque grammatica neque logica ratio neque conexus postulet, ut vocabula a Storchio desiderata necessario ponantur. Quodsi desunt in talibus, nemo in eo offendit, si ponuntur, is qui loquitur nihil nisi paulo accuratius locutus esse putandus est. Paulo aliter se habet locus II, 11, 1 *βωμοὺς δὲ — τὸν μὲν Πανὶ ᾠκοδόμησεν, Ἡλίῳ δὲ λίθου λευκοῦ*, ubi, quod facillime ex *βωμούς* depromitur *βωμόν*, omnino non de ellipsi sed de simplicissima brachylogia cogitandum est.

Iam nihil obstare videtur, quominus transeam ad alteram dissertationis meae partem, in qua primum exemplis allatis docere conabor, quomodo uterque scriptor in brachylogia versatus sit, deinde, ubi ellipsin admiserit.

Caput II.

De brachylogiae apud Herodotum et Thucydidem usu.

Ac primum quidem e variis brachylogiae generibus ea exempla afferre mihi liceat, quae zeugmatis nomine appellanda sunt. Mirum autem videri potest Thucydidem hoc schema nunquam, Herodotum raro adhibuisse.

Quae se obviam dant apud Herodotum, haec sunt:

I, 32 *ἄτην καὶ ἐπιθυμίην ἐνεῖκαι*; breviter haec dicta sunt pro *ἄτην ἐνεῖκαι καὶ ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι*, quod dilucide apparet ex antecedentibus verbis *ὁ μὲν ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι καὶ ἄτην μεγάλην προσπεσοῦσαν ἐνεῖκαι δυνατώτερος* significantibus „ille quidem cupiditatem suam explere calamitatemque sibi incidentem facilius perferre potest“.

I, 90 *χρηστὰ ἔργα καὶ ἔπεα ποιέειν*. Graeci autem cum *ἔπεα ποιεῖν* nullo alio sensu usurpent nisi ut significent „car-

mina heroica scribere", quod duobus ipsius Herodoti locis probatur IV, 32 *ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε*, porro VII, 161 *Ὅμηρος ὁ ἐποποιός*, brevitatis expediendae causa vocabulo *ἔπεα* verbum aliquod dicendi adiciatur necesse est. Idem zeugmatis exemplum occurrit III, 135 *ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίεε*.

Memorabile zeugma exstat II, 38. Exposuit scriptor de sacro illo Aegyptiorum bove, cuius perscrutationem et spectationem fieri *ὀρθοῦ ἑστεῶτος τοῦ κτήνεος καὶ ὑπτίου* „tauro recto stante et supino cubante". Vocabulum igitur *ὑπτίου* verbum *ἑστεῶτος* repudiare, imo *κειμένου* desiderare manifestum est.

Multo levior est offensio neque in veri zeugmatis numero habendum, cum legimus III, 136 *τριήρεας ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτῇσι καὶ γαῦλον παντοίων ἀγαθῶν* „naves (longas) militibus instruxerunt simulque gaulum (navem onerariam) compleverunt variis bonis". Sine dubio sensus vocabuli *ἐπλήρωσαν* in accusativis *τριήρεας* et *γαῦλον* deflectitur. Sed ex *ἐπλήρωσαν* cum Kruegero ad *γαῦλον* novum verbum *ἔπλησαν* subintellegendum esse eam ob rem nego, quod III, 123 invenimus *λάρνακας πληρώσας λίθων* „postquam cistas complevit lapidibus". Itaque in aperto est in vocabulo *πληροῦν* praeter illam specialem etiam generalem complendi significationem inesse. Quamobrem nihil impedit, quominus in illo exemplo vocabulum *ἐπλήρωσαν* bis licet sensu deflexo cogitemus.

Durum zeugma se obtulit IV, 106 *(οἱ Νευροὶ) ἐσθῆτα φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην γλῶσσαν δὲ ἰδίην*. Satis autem difficile propter zeugmatum paucitatem mihi videtur esse diiudicare, utrum scriptori talis brevitas tribuenda sit necne. Abichtius Reizio auctore addit ad *γλῶσσαν* vocabulum *ἔχουσι*; eodem autem iure mea quidem sententia addi possunt *ἱεῖσι, νομίζουσι*, quae cum *γλῶσσαν* et *φωνήν* coniuncta occurrunt hisce locis: IV, 23 *φωνὴν ἰδίην ἱέντες, ἐσθῆτι δὲ χρεόμενοι Σκυθικῇ*. IX, 16 *Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα*. I, 57 *ἥντινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοί*. I, 142 *γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι*. IV, 183 *γλῶσσαν δὲ παρομοίην νενομίκασι*. II, 42 *φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες*.

Cum aptiorem, quo referam, locum non habeam, hic ea exempla dabo, quae etsi diversa a zeugmate sunt, tamen commune cum eo habent, ut verbum positum mente iterandum sit sensu variato, prout conexus fert. Quae res dilucide cognoscitur ex eis locis, ubi ex vocabulo sensum negativum praebente eliciendum est vocabulum, in quo est sensus affirmativus. Quod dicendi genus primum tale esse potest, ut quae quis fieri vetat, ipso vocabulo aliquo negandi vel prohibendi indicet, in eis, quae fieri iubet vocabulo imperandi omisso, lectoris cogitationibus committat, ut per oppositionem imperandi vel affirmandi notionem mente supponat. Ita ex *οὐκ ἐᾶν* colligendum est *κελεύειν*, quod docent plura apud Herodotum, cum Thucydidem semel ita locutum esse pro *οὐκ ἐᾶν* ponentem *ἀντιτέγειν* observaverim.

Herod. V, 82 *ἐπειρώτεον ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι, κότερα χαλκοῦ ποιέωνται τὰ ἀγάλματα ἢ λίθου· ἡ δὲ Πυθίη οὐδέτερα τούτων ἔα, ἀλλὰ ξύλου ἡμέρης ἐλαίης* (*ἐκέλευσε ποιέειν*).

VII, 104 *ἀνώγει δὲ τὠυτὸ ἀεί, οὐκ ἐῶν φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνθρώπων ἐκ μάχης, ἀλλὰ* (*κελεύων* vel *ἀνώγων*) *μένοντας ἐν τῇ τάξι ἐπικρατέειν ἢ ἀπόλλυσθαι.*

VII, 143 *οἳ οὐκ ἔων ναυμαχίαν ἀρτέεσθαι, ἀλλ'* (*ἐκέλευον*) *ἐπιλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν ἄλλην τινὰ οἰκίζειν.*

IX, 102 *οὐδὲ ἔων ἰέναι ἑκαστέρω, ἀλλ'* (*ἐκέλευον*) *αὐτοῦ ἱζόμενον ποιέειν κ. τ. λ.*

Thucyd. I, 28, 5 *Κερκυραῖοι δὲ ἀντέλεγον — ποιῆσαι ταῦτα — σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι* (*ἐκέλευον*).

Quod Classenus VII, 73, 1 *Ἑρμοκράτης ἐσηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλεσι οὖσιν ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι τῆς νυκτὸς αὐτοὺς περιιδεῖν — ἀλλὰ ἐξελθόντας — ὁδὸν ἀποικοδομῆσαι καὶ — φυλάσσειν* post *ἀλλὰ* supplendum esse censet *κελεύει*, simplicius esse mihi videtur iterare mente vocabulum *χρεών*.

Ex *οὐκ ἔφασαν* „negaverunt" vel „recusaverunt" cogitandum est *ἔφασαν* „affirmaverunt" Her. VIII, 2 *οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα.* — Comparari potest cum hoc locus Thuc. V, 41, 2 *οὐκ ἐώντων Λακεδαιμονίων μεμνῆσθαι περὶ αὐτῆς* (sc. *τῆς Κυνοσουρίας γῆς*), *ἀλλὰ* (*λεγόντων*) *ἑτοίμοι εἶναι.*

Unum deinde exemplum, in quo conexus postulat, ut ex verbo, quod adest, aliud, contrarium significans, subintellegas, cuiusmodi nihil exstat apud Herodotum, praebet Thucydides I, 143 *τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐστί, ὥσπερ καὶ ἄλλοτι καὶ οὐκ ἐνδέχεται* (non licet) *ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ* (*χρή* vel *δεῖ*) *μηδὲν ἐκείνῳ πάρεργον ἄλλο γίγνεσθαι.* — Paulo aliter se habet locus IV, 17, 4 *ὑμῖν εὐτυχίαν τὴν παροῦσαν ἔξεστι καλῶς θέσθαι — καὶ* (*δεῖ*) *μὴ παθεῖν, ὅπερ οἱ κ. τ. λ.*

Non verbum, in quo inest contraria significatio sed leviter variata occurrit II, 71, 2 *Παυσανίας ἀπεδίδου* (concessit) *Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν οἰκεῖν, στρατεῦσαι δὲ μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτούς* (*ὑπέσχετο*).

Nihil supplendum esse censeo III, 67, 1 *ἀρετάς, ἃς χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι διπλασίας ζημίας.* Classenus autem, cum virtutes non idem valeant ac *διπλασίας ζημίας*, verbum aliquod ut *φέρειν* cogitandum esse putat ad *διπλασίας ζημίας.* Neque vero alienum esse credo a breviter dicendi Thucydideo genere, si interpretemur, conexus totius loci ratione habita, *διπλασίας ζημίας* valere hic idem atque „causam" duplicium poenarum.

Cum adhuc attulerim exempla, ubi ex verbo aliquo cogitandum est verbum sensum sive contrarium sive variatum habens, iam habeas, quae huiusmodi sunt in nominibus. Unum praebet talem locum Herodotus I, 99, ubi tradidit scriptor, regem Deiocem primum iussisse *μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα μηδένα, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρᾶσθαι.* Cave enim ne putes *πάντα* esse accusativum generis masculini ad infinitivum *χρᾶσθαι* spectantem. Imo ex *μηδένα* depromendum est *ἕκαστον* loco subiecti infinitivi *χρᾶσθαι*, *πάντα* autem pro adverbio usurpatum esse facile cognosces ex hisce tribus locis: I, 155 *μὴ πάντα θυμῷ χρέο.* I, 215 *χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέονται.* IV, 50 *ἡ γῆ αὕτη νιφετῷ πάντα χρᾶται.*

I, 160 *ἦν δὲ χρόνος οὗτος — ὅτε Χίων οὐδείς — οὔτε πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν — οὔτε πέμματα ἐπέσσετο — ἀπείχετο τε* (*ἕκαστος*) *τῶν πάντων ἱρῶν.*

Thucydidei loci sunt:

II, 53, 4 *οὐδεὶς ἐλπίζων — τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦ-*

ναι, πολὺ δὲ μείζων (ἕκαστος) νομίζων — ἐπικρεμασθῆναι.

II, 98, 3 πορευομένῳ δὲ αὐτῷ ἀπεγίγνετο μὲν οὐδὲν τοῦ στρατοῦ — προσεγένετο δὲ (οὐκ ὀλίγον).

Iam ea in verbis brachylogiae exempla afferre mihi in animo est, ubi in locutione καὶ τότε καὶ νῦν similibusque de temporum quasi quodam zeugmate haud inepte dixeris, quod genus Thucydidem frequentasse, Herodotum semel usurpasse iam videbis.

Her. VIII, 33 ἦν δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἔτι (ἐστί) χρηστήριον αὐτόθι.

Thuc. I, 86, 2 ἡμεῖς δὲ ὅμοιοι τότε (ἦμεν) καὶ νῦν ἐσμέν.

III, 40, 2 ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον (διεμαχησάμην) καὶ νῦν διαμάχομαι.

III, 56, 4 καίτοι εἰ νῦν ὑμῖν ὠφέλιμοι δοκοῦσιν εἶναι (οἱ Θηβαῖοι) πολὺ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες μᾶλλον (ἦμεν ὠφέλιμοι) τότε, ὅτε ἐν μείζονι κινδύνῳ ἦτε.

II, 41, 4 τοῖς τε νῦν (θαυμαζόμεθα) καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα.

VI, 9, 2 οὔτε ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν (λέγω).

VI, 60, 2 τὸ δὲ σαφὲς οὐδεὶς οὔτε τότε (εἶχε) οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν.

VI, 94, 4 τό τε φιλόπολι οὐκ ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι ἔχω, ἀλλ' (εἶχον) ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην.

Neque dubito huc referre locum II, 62, 1 δηλώσω δὲ καὶ τόδε, ὅ μοι δοκεῖτε οὔτ' αὐτοὶ πώποτε ἐνθυμηθῆναι οὔτ' ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις (ἐδήλωσα). Kruegeri et Boehmii sententiam, supplendum esse ex ἐνθυμηθῆναι „ἐνεθυμήθην", ferri non posse recte Classenus monet, quippe quod Pericles iam ante bellum exortum sibi persuaserit Atheniensium principalem potentiam sola classe contineri ita ut, dum haec floreret, urbis et domorum amissiones leves essent. Quae Pericles semper ἐνεθυμήθη neque vero antea diserte ἐδήλωσεν.

Iam transibo ad eam figuram exemplis illustrandam, quam hodie specialiter ἀπὸ κοινοῦ nomine significamus. Variae in hoc schemate species fieri possunt. Initium autem faciendum videtur a simplicissimis. Quo in numero habendi sunt loci, ubi

duo verba arcte coniuncta, quorum alterum vel utrumque participii formam habere potest, idem obiectum regunt. Sed cum propter rei simplicitatem inutile videatur omnia afferre, pauca sufficiant. Operae autem pretium videtur commemorare nostram linguam, quod semper obiectum per pronomen demonstrativum iteramus, differre eo a Graecorum sermone.

Her. I, 31 *εἰκόνας ποιησάμενοι ἀνέθεσαν* (*αὐτάς*).

I, 34 *ἀκόντια — ἐκκομίσας ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε* (*αὐτά*).

Thuc. I, 56, 6 *τὸ πόλισμα εἷλον καὶ ἐπόρθουν.*

I, 31, 1 *ἀγείροντες ἐρέτας μισθῷ πείθοντες.*

Alia inveniuntur Thuc. I, 13, 6; 29, 5; 33, 4; 50. II, 65, 3; 101, 5. III, 3; 109, 3. IV, 101, 4. VI, 53, 2. — Her. I, 36; 59; 63; 64; 68; 86; 100; 113. III, 59.

Nonnunquam, quod est tritissimum, pendet substantivum ex praepositione simulque fungitur pro obiecto, ut Thuc. I, 114 *ἐς Εὔβοιαν διαβάντες — κατεστρέψαντο.* V, 65, 5 *καὶ ὁ μὲν τὴν ἡμέραν ταύτην μείνας αὐτοῦ περὶ τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν* (*τὸ ὕδωρ*).

Rara autem sunt exempla, ubi unum substantivum casu obliquo posito communiter pendet ex duobus verbis:

Thuc. VII, 68, 3 *τῇ πάσῃ Σικηλίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι*, in quibus *ἐλευθερίαν* est obiectum participii *καρπουμένῃ* et infinitivi *παραδοῦναι.*

II, 74, 3 *ξυγγνώμονες δὲ ἔστε τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις* „permittite, ut propter iniuriam puniantur ii, qui iniuriae initium fecerunt“.

II, 80, 6 *ξυνεστρατεύοντο Ὀροίδῳ Ἀντιόχου ἐπιτρέψαντος* „una cum Oroedo ad bellum profecti sunt, Oroedo autem illud (*ἐκείνους ξυστρατεύεσθαι*) Antiochus concesserat.

Nihil huiusmodi apud Herodotum.

Alia ratio communitatis eiusdem vocabuli intercedit in eis schematis *ἀπὸ κοινοῦ* exemplis, ubi solus Herodotus

aut genetivum possessivum duobus substantivis regi admittit, ut I, 129 *Πέρσας δὲ δούλους ἐόντας τὸ πρὶν Μήδων νῦν γεγονέναι δεσπότας*, ubi *Μήδων* spectat non minus ad *δούλους* quam ad *δεσπότας*,

aut e contrario duos genetivos pendere ex uno nomine,

VIII, 142 *τούτων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν*, „Athenienses omnium illarum rerum auctores etiam servitutis auctores factos esse ferri non potest“.

Huc quoque referendum videtur, quod aptior locus deest, illud breviter dictum, quod exstat VIII, 80 *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο (ποιεύμενα) τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων.*

Maior fit brevitatis libertas, si accusativo et nominativo paribus vocabulum, quod fungitur pro subiecto, mente iterandum est, ut sit obiectum, deinde, quod fungitur pro obiecto eadem forma cogitandum est, ut sit subiectum. Apud Thucydidem exstat IV, 17 *ὅτι ἂν πείθωμεν καὶ κόσμον μέλλῃ οἴσειν*, similiter se habet locus II, 84, 2 *εἴ τ' ἐκπνεύσειεν ἐκ τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, ὅπερ* (acc.) *ἀναμένων ὁ Φορμίων τε περιέπλει καὶ* (*ὅπερ* nom.) *εἰώθει γίγνεσθαι ἐπὶ τὴν ἕω.* Apud Herodotum occurrit exemplum, quod plane congruit cum Thucydideis, I, 111 *εἶδον τὸ μήτε ἰδεῖν ὄφελον μήτε κότε γενέσθαι.*

Nonnunquam schema *ἀπὸ κοινοῦ* in eo ponitur, ut substantivum vel adiectivum vel participium bis cogitandum sit. Sed parcus in talibus Thucydides, III, 12, 1 *τίς οὖν ἡ φιλία ἐγίγνετο ἢ ἐλευθερία πιστή;* pertinet *πιστή* ad *ἐλευθερία* et *φιλία*. Melius rem illustrat exemplum, quod legitur apud Herodotum II, 84 *μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι καὶ οὐ πλεόνων*, quorum verborum sensus, ut antecedentia et sequentia docent, solus hic est: „quivis est medicus, is est medicus unius morbi, non multorum“. Itaque plene dici debet *μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρὸς ἰητρός ἐστι* et verti germanice cum Steinio „jeder Arzt ist nur je einer Krankheit Arzt“ sive „Spezialarzt“. Non multum differt, quod II, 8 *ὅσον τε ἡμερέων τεσσέρων ἀναπλόου στεινή ἐστι Αἴγυπτος ἐοῦσα* vox *Αἴγυπτος* intellegenda est et ad *στεινή ἐστι* et ad *ἐοῦσα*. IV, 23 *ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροὶ ἐκ γενεῆς γινόμενοι* (*φαλακροί*). V, 6 *ἀργὸν εἶναι κάλλιστον, γῆς δὲ ἐργάτην εἶναι ἀτιμότατον*, ubi conexu docemur vocabulum *γῆς* pendere non solum ex *ἐργάτην* sed etiam spectare ad *ἀργόν* „opere rustico vacuum esse“.

E participiorum numero tres loci huc cadunt:

I, 60 *ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες τὴν Φύην καὶ προδέξαντες*

σχῆμα οἷόν τι ἔμελλε εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, quae sunt ita construenda: *σχῆμα, οἷόν τι ἔχουσα ἔμελλε εὐπρεπέστατον ἔχουσα φανέεσθαι.*

Deinde II, 33 *τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου διὰ πάσης Εὐρώπης*, pertinet participium *ῥέων* ad *θάλασσαν* et ad *διὰ πάσης Εὐρώπης*. Verborum autem ordinem cur mutemus cum Abichtio, *ῥέων* posito post *πόντου*, causam non intellego.

V, 51 *τοῦτο δέ οἱ καὶ μοῦνον τέκνον ἐτύγχανε ἐὸν ἐτέων ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἡλικίην* (*ἐόν*).

Non ineptum esse existimo hic locum tractare II, 87 *οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς, τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους — σκευάζουσι ὧδε*, ubi Abichtius vocabulo *νεκρούς* deleto post *πολυτελέστατα* iteravit e sequentibus participium *βουλομένους*. Tali autem mutatione opus esse persuadere mihi non possum, quia brevitas duplici modo expediri potest. Ac primum quidem enuntiatum contractum *οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς* facile dirimi posse, ut plena oratio sit „*οὕτω μὲν σκευάζουσι νεκρούς, τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι*“, comprobatur similibus locis, ubi idem verbum bis cogitandum est, ut VII, 86 *Μῆδοι δὲ τήν περ ἐν τῷ πεζῷ εἶχον σκευήν* (*εἶχον*). III, 80 *πλῆθος τούτων, τῶν ὁ μούναρχος ποιέει, οὐδὲν* (*ποιέει*). VII, 190 *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας λέγουσι διαφθαρῆναι τετρακοσιέων ἐλάσσονας* (*λέγουσι διαφθαρῆναι*). VII, 10 *σιωπώντων δὲ τῶν ἄλλων Περσέων, Ἀρτάβανος ὁ Ὑστάσπεος, πάτρως ἐὼν Ξέρξῃ, τῷ δὲ καὶ πίσυνος ἐὼν ἔλεγε,* (*ἔλεγε*) *τάδε.* — Deinde vero alium quoque in modum quin intellegi possit locus, non dubito. Quid enim impedit, quominus construas *οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα βουλομένους νεκροὺς σκευάζουσι, τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους — σκευάζουσι ὧδε?* Apparet locum ita intellegendum esse censuisse Abichtium neque vero mutare debuit. Commemorandum videtur scriptorem audacter *τοὺς βουλομένους νεκρούς* dixisse pro *τῶν βουλομένων τοὺς νεκρούς*, quasi mortui sentire et loqui possent.

Saepius infinitivus ex infinitivo iterandus est, cuiusmodi sunt apud Herodotum:

I, 213 *δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι ἔτυχε*

(τοῦ λυθῆναι). II, 35 τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμία ἀνάγκη μὴ βουλομένοισι (τρέφειν). V, 6 ἐῶσι τοῖσι αὐταὶ βούλονται (μίσγεσθαι) ἄνδρασι μίσγεσθαι. II, 66 οἱ δὲ διζημένοι μίσγεσθαι αὐτῇσι οὐκ ἔχουσι (μίσγεσθαι).

Apud Thucydidem:

I, 35, 2 ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται (ἐλθεῖν) ἐλθεῖν. 40, 2 ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους τις τῶν ἀγράφων πόλεων βούλεται (ἐλθεῖν) ἐλθεῖν. Alia huiusmodi leguntur I, 27, 1. III, 47, 5; 58, 1; 92, 5. V, 115, 2. VII, 82, 1.

Aliquanto autem differunt ab illis hi loci:

I, 70, 9 ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν (ἡσυχίαν ἔχειν).

VII, 62, 4 μήτε αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι μήτ' ἐκείνους ἐᾶν (ἀνακρούεσθαι).

III, 52, 2 βίᾳ οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ (μὴ ἑλεῖν).

III, 2, 3 ἐπέμενον — οσα ἐκ τοῦ Πόντου ἔδει ἀφικέσθαι (ἀφικέσθαι), bis autem cogitandum esse infinitivum Classenus monet, quia verbum ἐπιμένειν non nisi intransitive aut cum altero infinitivo coniunctum usurpetur, ut III, 26, 4 ἐπιμένοντες — τὶ πεύσεσθαι τῶν νεῶν ἔργον.

IV, 16, 1 ἐγένοντο σπονδαὶ φυλάσσειν τὴν νῆσον Ἀθηναίους μηδὲν ἧσσον, ὅσα (φυλάσσειν = quantum custodire possent) μὴ ἀποβαίνοντας.

Rarissime licet ex infinitivo activo elicere passivum:

Her. VII, 102 αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει (καταλείπεσθαι). Thuc. IV, 87, 4 οὐδὲ ὀφείλομεν — τοὺς μὴ βουλομένους (ἐλευθεροῦσθαι) ἐλευθεροῦν.

Unicus est locus Thuc. I, 22, 1 ὅσα εἶπον ἕκαστα ἢ μέλλοντες πολεμήσειν ἢ ἐν αὐτῷ (τῷ πολεμεῖν) ἤδη ὄντες.

Transeundum mihi nunc est ad id brachylogiae genus, quod hodie syllepsis sive conceptionis nomine significare solemus. Brevitas autem in hoc ita efficitur, ut duo enuntiata sive paratactica sive hypotactica uno verbo finito utantur. Possunt autem tot variae verbi conceptiones fieri, ut, si quis accuratissime omnes exhaurire velit, peculiari libro opus sit, quo totam copiam complectatur. Simplicissima ratio ea est, ut in altero enuntiato ex praegresso verbum eadem forma iterandum sit,

quod ut probem, ne in re simpliciore operam perdam, satis habeo ex Thucydide pauca afferre:

I, 6, 1 *τὴν δίαιταν μεθ᾽ ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι* (*ἐποιήσαντο*).

11, 1 *αἴτιον δ᾽ ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦτον ὅσον ἡ ἀχρηματία* (*αἴτιον ἦν*).

23, 1 *παθήματα ξυνενέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ* (*τῷ πολέμῳ*) *τῇ Ἑλλάδι, οἷα οὐχ ἕτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ* (*ξυνενέχθη γενέσθαι*).

111, 1 *τῆς γῆς ἐκράτουν ὅσα* (*ἐκράτουν* = potiri poterant) *μὴ προιόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων*, quo loco Classenus dicere non debuit „elliptischer Ausdruck".

Alia II, 13, 2; 47, 2; 96, 4. III, 76. IV, 101, 5.

Ex Herodoto conferas velim quae supra[1]) attuli, quae insignia sunt eo, quod enuntiatum relativum primario antecedit. — Adde praeterea, ne desint exempla enuntiatorum paratacticorum, ex Herodoto I, 8 *τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπεραινέων* (*ὑπερετίθετο τῷ Γύγῃ*).

Thucyd. I, 16 *Κῦρος τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεις ἐδούλωσε, Δαρεῖος δὲ καὶ τὰς νήσους* (*ἐδούλωσεν*).

Prope huc accedunt ea exempla, quae personis licet mutatis tamen tempus et modum communia habent, quo in genere Thucydides ab Herodoto superatur. E numero exemplorum, quae omnia afferre longum est, locum hic habeant

ex Herodoto:

I, 29 *ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἄλλοι τε σοφισταὶ καὶ δὴ καὶ Σόλων* (*ἀπικνέεται*). 88 *Κῦρος ἀπεθώμαζε καὶ αὐτὸς καὶ οἱ περὶ ἐκεῖνον ἐόντες* (*ἀπεθώμαζον*). 134 *ἦρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων, συναπάντων μὲν Μῆδοι* (*ἦρχον*).

III, 155 *οὐδέ τις ἀλλοτρίων τάδε ἔργασται, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐγώ* (*ἔργασμαι*).

IV, 53 *οὐκ ἔχω φράσαι, οὐδὲ οὐδεὶς Ἑλλήνων* (*ἔχει*). 185 *ἔστι δὲ ἁλός τε μέταλλον ἐν αὐτῇ καὶ ἄνθρωποι οἰκέοντες* (*ἔνεισι*).

V, 5 *κρίσις γίνεται μεγάλη καὶ σπουδαὶ ἰσχυραί* (*γίνον-*

---

[1]) pag. 20 sq.

ται). 70 αὐτὸς δὲ οὐ μετεῖχε οὐδ' οἱ φίλοι αὐτοῦ (μετεῖχον). 102 καὶ Σάρδιες μὲν ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρόν (ἐνεπρήσθη). 111 ἢν κατέλῃς ἄνδρα στρατηγὸν, καὶ δεύτερα, ἢν σὲ ἐκεῖνος (κατέλῃ).

VI, 11 καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο, ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ Φωκαιεὺς στρατηγός (ἠγορᾶτο). 50 ἄλλοι τε δὴ ἐγίνοντο ἀντίξοοι, ἐν δὲ δὴ καὶ Κρίος (ἐγένετο ἀντίξοος). 92 οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε, ἐθελονταὶ δὲ (ἐβοήθεον).

VII, 10 θ οἵ σοὶ ταῦτα πασχόντων, σὺν δέ σφι καὶ σύ (πασχέτω). 11 εἰ ἡμεῖς ἡσυχίην ἄξομεν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι (ἄξουσι). 137 ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων, μετὰ δὲ αὐτῶν καὶ Ἀριστέας (ἀπέθανε). 169 οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο, ὑμεῖς δέ (συνεξεπρήξασθε). 224 καὶ Λεωνίδης πίπτει καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ (πίπτουσι). 236 οὔτε σὺ ἔσεαι ἐκείνοισι χρήσιμος οὔτε ἐκεῖνοι σοι (ἔσονται χρήσιμοι).

VIII, 12 ἐγίνετο δὲ ὕδωρ καὶ σκληραὶ βρονταὶ (ἐγίνοντο). 27 αἵ τε φυλακαὶ ἐφοβήθησαν καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιή (ἐφοβήθη). 65 καί σε οὔτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδὲ εἷς (δυνήσεται). 106 τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς (ἐργασάμην) ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε προγόνων ἐργάσατο. 109 τάδε γὰρ οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοί τε καὶ ἥρωες (κατεργάσαντο). 125 οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐτιμήθην, οὔτ' ἂν σύ (ἐτιμήθης). 137 ἦσαν γὰρ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μόνον ὁ δῆμος (ἀσθενέες ἦν).

Alia I, 14; 68; 98. II, 35. III, 85. V, 92 α. VI, 54. VII, 147; 160.

Ex Thucydide:

I, 2, 1 φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μεταναστάσεις τε οὖσαι — ἕκαστοι — ἀπολείποντες βιαζόμενοι (φαίνονται). 70, 4 οἴονται γὰρ οἱ μὲν — κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ (οἴεσθε) — βλάψαι. 86, 3 ἄλλοις μὲν χρήματά ἐστι, ἡμῖν δὲ ξύμμαχοί (εἰσιν). 93, 5 οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι (ἦσαν).

III, 19, 2 αὐτός τε διαφθείρεται καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί (διαφθείρονται). 65, 2 οὔτ' ἐκεῖνοι παρανομοῦσι, οὔθ' ἡμεῖς (παρανομοῦμεν).

IV, 25, 11 *οἱ μὲν Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν λιμένα ταῖς ναυσὶν ἐπείρων, ὁ δὲ πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν* (*ἐπείρα*). 89, 1 *Νικόμαχος, ὃς Λακεδαιμονίοις εἶπεν, ἐκεῖνοι δὲ Βοιωτοῖς* (*εἶπον*). 114, 2 *τὰς ἐγγὺς οἰκίας ἐκρατύνατο ὁ Βρασίδας καὶ Ἀθηναῖοι σφέτερα* (*ἐκρατύναντο*).

Insignis est locus II, 11, 3 *εἴτῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ* (*δοκεῖ*) *εἶναι*.

Alia I, 76, 1; 82, 1; 132; 142, 5; 143. III, 78, 2.

Reliquum est, ut tales locos proferam, in quibus tempus aut modus variandus est personis nonnunquam paribus:

Herod. I, 31 *οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς κατάπερ οἱ Ἕλληνες* (*νομίζουσι*) *εἶναι*. 207 *νικῶν δὲ οὐ νικᾷς τοσοῦτον ὅσον* (*νικῴης ἄν*), *εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκείνων, νικῶν τοὺς Μασσαγέτας, ἕποιο φεύγουσι*.

V, 92 α *ἄνθρωποι νόμον ἐν θαλάσσῃ ἕξουσι καὶ ἰχθύες τὸν πρότερον ἄνθρωποι* (*εἶχον*).

VII, 16 γ *φανήτω γὰρ δὴ καὶ ἐμοὶ ἡ ὄψις, ὡς καὶ σοὶ* (*ἐφάνη*). 24 *οἱ δὲ Φοίνικες σοφίην ἐν τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται καὶ δὴ καὶ ἐν ἐκείνῳ* (*τῷ ἔργῳ ἀπεδείκνυντο*).

Thucyd. I, 33, 1 *ὡς ἂν μάλιστα* (*καταθεῖσθε*) *τὴν χάριν καταθήσεσθε*.

III, 104, 3 *ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες* (*θεωροῦσι*).

II, 13, 2 *τοὺς δ' ἀγροὺς τοὺς ἑαυτοῦ — ἢν μὴ δῃώσωσι οἱ πολέμιοι, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων* (*δῃοῦσι*).

III, 78, 2 *δείσαντες μὴ ὅπερ ἐν Ναυπάκτῳ* (*ἐγένετο*) *γένοιτο*.

IV, 55, 3 *ἐδεδίεσαν μήποτε αὖθις ξυμφορά τις αὐτοῖς περιτύχῃ, οἷα καὶ ἐν τῇ νήσῳ* (*περιέτυχε*). 63, 2 *φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις* (*γιγνοίμεθα*) *διάφοροι δὲ, οἷς οὐ χρὴ* (*ἡμᾶς φίλους γίγνεσθαι*) *κατ' ἀνάγκην*.

V, 64, 2 *βοήθεια γίγνεται αὐτῶν — οἵα οὔπω πρότερον* (*ἐγένετο*). 112 *οὔτε ἄλλα δοκεῖ ἡμῖν, ἢ ἅπερ καὶ πρῶτον* (*ἔδοξεν*).

VII, 15, 2 *τὰ μὲν λήσουσι ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ πρότερον* (*ἔλαθον*) *τὰ δὲ φθήσονται*.

Quaecunque hucusque attuli conceptionis exempla ita comparata sunt, ut communitas verbi ponatur in variando indica-

tivo, coniunctivo, optativo, semel imperativo aut in mutando tempore. Iam mihi accedendum est ad ea, e quibus apparet saepius e participio cogitatione supplendum esse verbum finitum, quo in dicendi genere Thucydidem audaciorem esse iam videbis:

I, 13, 1 *τῆς Ἑλλάδος τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον (ἐποιεῖτο) ποιουμένης.* 32 *δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μήτε — ἥκοντας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς (ἥκομεν) — ἀναδιδάξαι.* 132, 5 *χρώμενοι τῷ τρόπῳ, ᾧπερ εἰώθεσαν ἐς σφᾶς αὐτούς (χρῆσθαι).*

II, 15, 2 *νενομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρό του (ἐνέμοντο).*

III, 62, 5 *ἵππους τε παρέχοντες καὶ παρασκευὴν ὅσην οὐκ ἄλλοι τῶν ξυμμάχων (παρεῖχον).* 64, 1 *δῆλον δὲ ἐποιήσατε οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι (ἐμήδισαν).* 64, 3 *ἔχοντες τοὺς νόμους, οὕσπερ μέχρι τοῦ δεῦρο (ἔχετε).* 65, 3 *πολῖται ὄντες ὥσπερ ὑμεῖς (ἐστέ).*

III, 67, 4 *οἴκτου τε ἀξιώτερον τυγχάνειν (εἰσί) οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ δικαίως (πάσχοντές τι) ὥσπερ οἵδε (ἔπασχον), τὰ ἐναντία (ἄξιοί εἰσι) ἐπίχαρτοι εἶναι,* quod exemplum eo fit notabilius, quod ex comparativo *ἀξιώτεροι* elicias positivum *ἄξιοι* necesse est.

V, 118, 5 *τῇ θαλάσσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν (χρῷντο* = uti possent). 29, 1 *πόλιν δημοκρατουμένην, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ (ἐδημοκρατοῦντο).* id. 44, 1.

VII, 24 *ἀναβὰς κατὰ τὸν Εὐρύηλον, ᾗπερ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀνέβησαν).* 13, 1 *ἡμῖν — καὶ μὴ ἀναγκαζομένοις, ὥσπερ νῦν (ἀναγκαζόμεθα).* 34, 7 *νομίσαντες αὐτοὶ οὐχ ἡσσᾶσθαι δι' ὅπερ οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν (ἐνόμιζον).*

VII, 38, 1 *οὐδέτεροι δυνάμενοι ἄξιόν τι λόγου παραλαβεῖν, εἰ μὴ ναῦν μίαν ἢ δύο τῶν Ἀθηναίων οἱ Συρακόσιοι καταδύσαντες (ἄξιόν τι λόγου παρέλαβον),* quo loco Classenum inepte de „elliptico usu“ dicere clarum est.

VII, 55, 2 *πόλεσι ἐπελθόντες δημοκρατουμένοις, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ (ἐδημοκρατοῦντο).*

Iam Herodoteos locos considera:

I, 120 *ὁ δὲ πάντα, ὅσα περ οἱ ἀληθέι λόγῳ βασιλέες*

(ποιέουσι) ἐτελέωσε ποιήσας. 171 νομίζουσι αὐτοὶ ἑαυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας καὶ τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ ἀεὶ διαχρεομένους τῷ περ νῦν (χρέονται).

II, 35 τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοί (παρέχονται). 121 ε εἰρωτεόμενον τά περ καὶ οἱ ἄλλοι (εἰρωτῶντο).

IV, 64 χλαίνας συρράπτοντες κατάπερ βαίτας (συρράπτουσι).

VII, 6 τῶν τε αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι (εἴχοντο). 211 δόρασι βραχυτέροισι χρεόμενοι, ἤπερ οἱ Ἕλληνες (χρέονται).

III, 155 Δαρεῖος δὲ κάρτα βαρέως ἤνεικε ἰδὼν ἄνδρα δοκιμώτατον (Ζώπυρον) λελωβημένον καὶ εἴρετό μιν ὅστις εἴη ὁ λωβησάμενος καὶ ὅτι ποιήσαντα (λωβήσαιτο ὁ λωβησάμενος).

Cadunt in hanc quoque regionem nonnulli loci, ubi in sententiis secundariis per vocabula ὡς ἕκαστοι incipientibus propter sensum distributivum verbum finitum eadem forma bis cogitandum aut e participio eliciendum est.

Qua structura utitur Herodoto multo frequentius Thucydides, apud quem quater verbum ex participio depromitur, undecies verbum eadem forma iterandum est, cum Herodotus habeat locos verbum finitum desiderantes tres, unum, ex quo dilucide apparet in talibus sententiis re vera supplemento opus esse, exstat autem I, 29 ἀπικνέονται ἐς Σάρδις — πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ — ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο, pro ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο etiam scribere potuit Noster ὡς ἕκαστοι ἀπικνέονται.

Priusquam autem proferam singulos locos, qui huc referendi sunt, monendum videtur, qui apud Thucydidem simpliciter bis verbum finitum flagitant, eos syllepsi attribuendos esse; sunt autem hice: I, 15, 2; 48, 4; 89; 107, 5; 113, 1. IV, 32, 2; 57, 2. VI, 17, 4. VII, 65, 2; denique VIII, 104, 3, quem verbatim habeas: οἱ δὲ ἄλλοι στρατηγοὶ (διετάξαντο) ὡς ἕκαστοι διετάξαντο.

Iam nihil obstat, quominus genuinos locos afferam. Schweighaeuserum[1]) autem tales elocutiones ellipticas vocare non debuisse vix commemorandum videtur.

[1]) lex. Herod. p. 193.

Tres illi Herodotei sunt:

I, 114 *ὁ δὲ Κῦρος αὐτῶν* (*τῶν ἡλίκων* sc.) *διέταξε τοὺς μὲν οἰκίας οἰκοδομεῖν, τοὺς δὲ δορυφόρους εἶναι, τῷ δέ τινι τὰς ἀγγελίας φέρειν ἐδίδου γέρας, ὡς ἑκάστῳ ἔργον προστάσσων* (*προσέταξε*).

VI, 31 *ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες* (*εἷλον*) *οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους.*

VI, 79 *κατὰ πεντήκοντα δὴ ὦν τῶν Ἀργείων ὡς ἑκάστους ἐκκαλεόμενος* (*ἐξεκαλέσατο*) *ὁ Κλεομένης ἔκτεινε.*

Thucydides praebet:

I, 3, 4 *οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι* (*ἐκλήθησαν*) *Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωικῶν — ἔπραξαν.* 67, 4 *καὶ ἄλλοι παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο ὡς ἕκαστοι* (*ἐπαρῄεσαν*) *καὶ Μεγαρῆς.*

III, 74, 3 *καὶ οἱ μὲν παυσάμενοι τῆς μάχης ὡς ἑκάτεροι — ἑκάτεροι* valet hic idem ac *ἕκαστοι* — (*ἐπαύσαντο*) *ἡσυχάσαντες τὴν νύκτα ἐν φυλακῇ ἦσαν.* 107, 4 *τὸ δὲ ἄλλο Ἀκαρνᾶνες ὡς ἕκαστοι τεταγμένοι* (*ἐτάχθησαν*) *ἐπεῖχον.*

VII, 74, 2 *τὰς δὲ ἄλλας ναῦς καθ' ἡσυχίαν οὐδενὸς κωλύοντος ὡς ἑκάστην ποι ἐκπεπτωκυῖαν ἀναδησάμενοι* (*ἀνεδήσαντο*) *ἐκόμιζον.*

Addendus est locus V, 57, 3 *περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ καὶ — προσπεσόντες καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς* (*προσπέσοιεν*) — *ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν.*

Allatis igitur exemplis, ubi ex participio verbum sumitur, ea afferre liceat, quae e contrario ut ex verbo participium suppleas postulant. Ac primum quidem ex talibus hic me enumerare non ineptum esse eos locos puto, ubi verbum *τυγχάνειν* absolute sine participio occurrit, quod nunquam fit apud Herodotum.

Thuc. I, 142, 9 *τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐστίν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ* (*μελετώμενον*), *ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι.*

III, 43, 5 *νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε* (*ζημιοῦντες*) *ἔστιν ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν.*

IV, 25, 2 *ἀπέπλευσαν ὡς ἕκαστοι ἔτυχον* (*ἀποπλεύσαντες*). 93, 4 *ἐτάξαντο — ὡς ἕκαστοι ἔτυχον* (*ταξάμενοι*).

V, 20, 2 *ὅπως ἔτυχέ τῳ (ἐπιγενόμενον) ἐπεγένετό τι.* 56, 4 *ὡς τύχοιεν ἑκατέρων τινὲς (διαφθειρόμενοι) διεφθείροντο.*

Tum iterandum est participium ex verbo in locutione *ἔνδηλον εἶναι* Th. IV, 41, 3 *οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐ ῥαδίως ἔφερον, ἀλλὰ καίπερ οὐ βουλόμενοι ἔνδηλοι εἶναι (ῥαδίως φέροντες) τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπρεσβεύοντο παρ' αὐτούς.*

Proprii porro Thucydidi sunt loci huiusmodi:

I, 86, 4 *οἱ Πελοποννήσιοι ὡρμίσαντο καὶ αὐτοί, ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους εἶδον (ὡρμισμένους).*

III, 16, 4 *ἀνεχώρησαν δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς ἑκατὸν ναυσί, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνους εἶδον (ἀναχωρήσαντας).*

V, 80, 2 *οὐ μέντοι εὐθύς γε ἀπέστη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διενοεῖτο, ὅτι καὶ τοὺς Ἀργείους ἑώρα (ἀφεστηκότας).*

VII, 69, 1 *ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθύς, ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο (πληροῦντας τὰς ναῦς).*

VIII, 105, 3 *οἱ Συρακόσιοι ἐτύγχανον ἐς φυγὴν ὁρμήσαντες, ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἑώρων (ἐς φυγὴν ὁρμήσαντας).*

I, 80, 1 *καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ (ἐμπείρους ὄντας).*

Singularis est locus I, 78, 1 *βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βραχέων,* quae plene dicenda sunt *βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς βουλόμενοι περὶ οὐ βραχέων.*

Quod attinet ad locum I, 89, 6 *ἀντίπαλοι μὲν γὰρ πλείους τῇ δυνάμει τὸ πλέον ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται· οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων καὶ ἅμα ἀναγκαζόμενοι — ἀντιτολμῶσιν,* quae significant „pares enim (si sunt adversarii) viribus potius quam virtute freti aggrediuntur; ii autem, qui proficiscuntur ex opibus multo minoribus, iique coacti fortiter resistunt", mea quidem sententia dubitari potest, utrum cum Kruegero *οἱ* mutato in pronomen relativum *οἵ* ex enuntiato praecedente iteremus verbum *ἐπέρχονται,* an, quod non minus simplex est, cogitemus ex verbo *ἐπέρχονται* participium cuiuslibet verbi eundi, ita ut vocabulo *ἀντίπαλοι* significanti „pares" opponantur *οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων (ὁρμώμενοι)* qui sunt „impares".

Duo tantum mihi occurrerunt Herodotei loci:

I, 1 *τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι, κατὰ τὠυτὸ (λέγοντες) τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, Ἰοῦν.*

III, 8 *σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὅμοια τοῖς μάλιστα (σεβομένοισι).*

Hoc ipso loco aptissimum esse me exponere puto de eis exemplis, in quibus occurrit formula *ἐν τοῖς* sequente superlativo, cum similitudo quaedam insit in ea cum illo Herodoteo *ὅμοια τοῖς μάλιστα* et nonnulla praeterea huc cadant exempla, in quibus brachylogia removenda est participio ex verbo finito suppleto. Significatur autem hac formula non is, qui primus omnium est, sed is, qui par inter primos locum habet.[1] Unum se obviam dat apud Herodotum exemplum, in quo habes *ἐν τοῖσι* sequente superlativo: VII, 137 *τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι.* Scriptor autem cum dicere nolit „haec res omnium rerum maxime divinitus facta esse mihi videtur" imo „haec res est una ex iis, quae maxime divinitus facta esse mihi videntur", Doederleini explicationem *„τοῦτό μοι ἐν τοῖς (θείοις) θειότατον φαίνεται γενέσθαι"* reiciendam et cum Abichtio explicandum esse censeo *„τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον γινομένοισι = ἐν τοῖσι θειότατον γινομένοισι τοῦτο θειότατον φαίνεται γενέσθαι"*.

Priusquam autem ad Thucydidem transeam, commemorandum est bis (VII, 118; 141) legi apud Herodotum *ἀνὴρ δόκιμος ὅμοια τῷ μάλιστα (δοκίμῳ)*, quo cum exemplo bene confertur illud Thuc. VII, 29, 4 *τὸ γένος τῶν Θρᾳκῶν, ὁμοῖα τοῖς μάλιστα (φοινίκοις) τοῦ βαρβαρικοῦ φοινικώτατόν ἐστι* „Thracum gens caedis avida est perinde atque ei qui maxime caedis avidi sunt". — VIII, 90 *Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ = ἐν τοῖς ἐναντίοις μάλιστα ἐναντίος καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος.*

Exhibeantur iam ex Thucydide ei loci, ubi formula *ἐν τοῖς* cum alio superlativo occurrit. I, 6, 3 *ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τὸν σίδηρον κατέθεντο*, quae non cum Laurentio Valla vertenda sunt „inter eos primi Athenienses ferrum deposuerunt" quasi *ἐν τοῖς* respiciat ad Graeciae incolas, de quibus antea sermo est, sed *τοῖς* pertinet ad participium *καταθεμένοις*, quod

[1]) Herbst. Philol. XVI p. 346 ff.

sumendum est ex κατέθεντο. Sensus loci est ex scriptoris sententia „inter eos, qui primi ferrum deposuerunt, etiam Athenienses fuerunt“ non „Athenienses primi ferrum deposuerunt“.

Neque vero putandum est Graecos in loquendo etiam semper de supplendo participio cogitasse, nonnulla enim exempla inveniuntur, in quibus formula ἐν τοῖς plane adverbialiter usurpata nihil est nisi superlativi additamentum significans, aliquid non primum aut summum sed inter prima et summa referendum esse. Negari autem nequit, formulae originem petendam esse ex supplendo participio, quod docent loci VII, 19, 4; VIII, 89, 2, ubi de personis dicitur. Clarum deinde est illis locis ἐν τοῖς esse masculini generis neque recte dixisse G. Hermannum[1]) Wolfio auctore cogitantem semper de genere neutro. Ubi contra de rebus sermo est et superlativi in genere feminino occurrunt coniuncti cum ἐν τοῖς, statuendum videtur evanuisse memoriam formulae originis et ἐν τοῖς, quod per se prout conexus est, si originem spectas, et generis masculini et neutrius esse potest, adverbii naturam induisse. Tales loci, ubi iam ineptum est, de supplendo participio cogitare, sunt:

III, 82, 1 Οὕτως ὠμὴ ἡ στάσις προυχώρησε καὶ ἔδοξε μᾶλλον (ὠμή) διότι ἐν τοῖς πρώτη (mit zuerst) ἐγένετο.

III, 17, 1 κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον — ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐνεργοὶ ἐγένοντο, quae verba non significant, ut vertit Heilmannus „nie haben die Athener in gleicher Anzahl ihre Schiffe auf einem so trefflichen Fuss zu agieren gehabt“, sed „dies war eine von den Zeiten, wo die Athener ihre grösstmögliche Schiffszahl in Thätigkeit hatten“.

VII, 24, 3 ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε (mit am meisten) τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων ἡ τοῦ Πλημμυρίου λῆψις.

VII, 27, 3 πολλὰ ἔβλαπτε τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἐν τοῖς πρῶτον χρημάτων τ' ὀλέθρῳ καὶ ἀνθρώπων φθορᾷ ἐκάκωσε τὰ πράγματα.

Non neglegendi sunt, ut vera formulae significatio etiam clarior fiat, duo loci, quorum alter exstat VII, 19, 4 οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς πρῶτοι ὁρμήσαντες — ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν. Dilucide hinc apparet propter conexum plane ineptum esse

[1]) ad Vig. p. 785.

vertere „hi primi profecti altum tenuerunt", quippe quod iam antea profectae essent viginti quinque naves Corinthiorum. Vertendum autem est „hi inter primos etc.". Aptissimus quoque licet plene dictus ad rem comprobandam est alter locus VIII, 68, 4 *Θηραμένης ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν,* quae significare non possunt „Theramenes primus democratiam evertit" sed „fuit inter eos, qui democratiam everterunt, unus ex primis". Quodsi quis ad grammaticam locum VII, 19, 4 plenum facere velit, dicendum ei est *οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς (πρώτοις ὁρμήσασι) πρῶτοι ὁρμήσαντες ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν.*

Eodem modo conformari possunt loci I, 6, 3 et qui nunc sequuntur VIII, 89, 2 *οἱ μετέσχον μὲν ἐν τοῖς πρῶτοι τῶν πραγμάτων.* VII, 71, 3 *ἄλλοι δὲ — ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον.*

Finita iam quaestione de formula *ἐν τοῖς,* in qua, originis ratione habita, participium e verbo petendum est, accedam ad eos locos, ubi infinitivus depromitur ex participio:

Thuc. I, 139, 3 *τῶν πρέσβεων λεγόντων ἄλλο μὲν οὐδὲν ὧν πρότερον εἰώθεσαν (λέγειν).*

II, 46 *νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει (ὀλοφύρεσθαι) ἕκαστος ἀποχωρεῖτε,* memorabile praeterea in his, quod e composito verbum simplex flagitatur.

III, 13, 2 *ἵνα φαίνησθε ἀμύνοντες οἷς δεῖ (ἀμύνειν).*

IV, 3, 1 *πράξαντες ἃ δεῖ (πρᾶξαι).* 5, 2 *τειχίσαντες τὰ πρὸς ἤπειρον καὶ ἃ μάλιστα ἔδει (τειχίζεσθαι).* 93, 3 *τεταγμένοι, ὥσπερ ἔμελλον (τάξασθαι).*

VII, 21, 1 *ἄγων στρατιὰν ὅσην πλείστην ἐδύνατο (ἄγειν).* 81, 3 *τοσαῦτα μαχομένους ὅσα ἀναγκάζονται (μάχεσθαι).*

VIII, 57, 1 *ξυνθήκας ἄλλας ποιησάμενος, ἃς ἂν δύνηται (ποιήσασθαι).*

Parcius utitur hac brevitate Herodotus:

I, 29 *Σόλων, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι (ποιέειν αὐτόν) ποιήσας ἀπεδήμησε.* 125 *γράψας ἃ ἐβούλετο (γρᾶψαι).*

III, 52 *ὀργῇ χρεόμενος ἐς τόν σε ἥκιστα ἔχρην (ὀργῇ χρᾶσθαι).* 62 *ποιήσας τὰ σύ με ἐκέλευες (ποιῆσαι).*

VIII, 24 *βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ (ἐκλιπεῖν) παραδίδωσι ἐκλιπόντα τὴν τάξιν.*

Raro contra participium petitur ex infinitivo idque apud Thucydidem:

II, 11, 8 *ἀξιοῦσι τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν (δῃουμένην) ὁρᾶν.*

VIII, 48, 5 *οὐ γὰρ βουλήσεσθαι αὐτοὺς μετ᾽ ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δουλεύειν μᾶλλον ἢ μεθ᾽ ὁποτέρου ἂν τύχωσι (δουλεύοντες) τούτων ἐλευθέρους εἶναι.* Quod saepius desideratur in verbo *τυγχάνειν* participium, quem usum supra[1]) pluribus illustravi, non ellipsis adhibenda est, quod Classenum fecisse video in adnotatione ad locum modo allatum.

VIII, 95, 4 *ὅπως — οἱ πολέμιοι ἀναγκάσειαν τοὺς Ἀθηναίους οὕτως ὅπως τύχοιεν (ἀναγόμενοι) ἀνάγεσθαι.*

Unum afferre licet locum ex Herodoto petitum III, 155 *εἴ μέν τοι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἄν με περιεῖδες (ποιήσαντα).*

Participium ex participio sumendum est licet modo satis diverso apud Thucydidem:

I, 78, 4 *ἡμεῖς δὲ ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντες οὔτ᾽ αὐτοὶ (ἡμᾶς) οὔθ᾽ ὑμᾶς ὁρῶντες (ἐν τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντας), λέγομεν ὑμῖν κ. τ. λ.*

V, 41, 2 *μήτε νόσου οὔσης μήτε πολέμου (ὄντος).*

VII, 15, 2 *τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐκ Σικελίας δι᾽ ὀλίγου περιουμένων, τὰ δ᾽ ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δ᾽ ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσι ὑμᾶς, τὰ δὲ φθήσονται (ποριούμενοι).*

Satis diversus est locus I, 43, 1 *ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν τοὺς σφετέρας ξυμμάχους αὐτόν τινα (περιπεπτωκότα) κολάζειν.*

Ex Herodoto duos locos habes:

IV, 78, 1 *ἠγόραζε οὔτε δορυφόρων ἑπομένων οὔτε ἄλλου οὐδενός (ἑπομένου).*

I, 84 *ἡ μὲν πρότερον ἄρξασα (γυνή) τῆς ὕστερον (ἀρξάσης) γενεῇσι πέντε πρότερον γενομένη ἀπεδέξατο κ. τ. λ:*

Infinitivus intellegendus est ex coniunctivo, indicativo, optativo, imperativo hisce locis Thucydideis:

I, 77, 3 *ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι (ἐλασσωθῆναι) ἐλασσωθῶσι.* 98, 4 *πρώτη δὲ αὕτη πόλις — ἐδουλώθη, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστῃ ξυνέβη (δουλωθῆναι, οὕτως ἐδουλώθη).*

[1]) pag. 27 sq.

II, 13, 8 ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλα οἷά περ εἰώθει (λέγειν) Περικλῆς. 34, 4 ὁπότε ξυμβαίη αὐτοῖς (χρῆσθαι τῷ νόμῳ) ἐχῶντο τῷ νόμῳ. 60, 4 πῶς οὐ χρὴ πάντας ἀμύνειν καὶ μὴ (δρᾶν) ὃ νῦν ὑμεῖς δρᾶτε.[1])

III, 1, 1 προσβολαί, ὥσπερ εἰώθεσαν (γίγνεσθαι) ἐγίγνοντο. 14, 2 γίγνεσθε δὲ ἄνδρες οἵουςπερ ὑμᾶς οἱ Ἕλληνες ἀξιοῦσι (γίγνεσθαι). 55, 2 οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε οὔτε ἐμελλήσατε (παθεῖν).

V, 9, 9 καὶ αὐτός τε Κλεαρίδα ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, ὥσπερ σε εἰκός (γίγνεσθαι). 10, 5 τὰς πύλας τις ἀνοιγέτω ἐμοὶ ἃς εἴρηται (ἀνοίγειν).

VI, 69, 2 τροπὰς οἵας εἰκὸς ψίλους (ποιεῖν) ἐποίουν. 76, 3 ἐκεῖνά τε ἔσχον καὶ τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται (σχεῖν). 76, 2 ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν Σικελίαν προφάσει, ᾗ πυνθάνεσθε (ἥκειν αὐτούς).

VII, 15, 2 ὅτι δὲ μέλλετε (πράσσειν), ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς — πράσσετε. 25, 4 μίαν μὲν ναῦν λαμβάνουσι, τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἐδυνήθησαν (λαμβάνειν). 18, 4 ἐπικουρίαν αὐτοί τε ἐπόριζον καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον (πορίζειν).

VIII, 41, 1 εὐθὺς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον (πλεῖν) ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον. 97, 1 ἐκκλησίαν ξυνέλεγον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην, οἵπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν (ξυλλέγεσθαι).

V, 28, 2 οἱ μὲν οὖν Ἀργεῖοι οὕτω ἐς τὴν ξυμμαχίαν προσεδέχοντο τοὺς ἐθέλοντας τῶν Ἑλλήνων (προσδεχθῆναι vel προσχωρεῖν).

Loci Herodotei sunt:

I, 11 μὴ ἴδῃς, ἃ μή σε δεῖ (ἰδεῖν). 86 ὥς τε αὐτῷ πάντα ἀποβέβηκε τῇ περ ἐκεῖνος εἶπε (ἀποβήσεσθαι). 30 κελεύσαντος Κροίσου τὸν Σόλωνα (περιάγειν) θεράποντες περιῆγον κατὰ τοὺς θησαυρούς. 132 χρᾶται ὅ τι μιν λόγος αἱρέει (χρᾶσθαι). 135 καὶ δὴ καὶ Πέρσαι ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες (μίσγεσθαι) παισὶ μίσγονται.

III, 30 ὁ δὲ ἀναβὰς ἐς Σοῦσα ἀπέκτεινε Σμέρδιν, οἱ μὲν λέγουσι ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα (ἀποκτεῖναι). 52 ταῦτα (πρήσσειν) τὰ νῦν ἔχων πρήσσεις. 77 ἐγίνετο οἷόν τι Δαρείῳ ἡ

[1]) ad Vig. p. 759.

γνώμη ἔφερε (γενήσεσθαι). 83 *αὕτη ἡ οἰκίη ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλει (ἄρχεσθαι).*

IV, 183 *οἱ ὀπισθονόμοι βόες ὀπίσω ἀναχωρέοντες νέμονται· ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθε οὐκ οἷοί εἰσι (νέμεσθαι).*

V, 126 *παραλαβὼν πάντα τὸν βουλόμενον (πλέειν) ἔπλωε.*

VI, 38 *καὶ οἱ τελευτήσαντι Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ (ἐστὶ θύειν).*

VII, 209 *ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ τῇ ἐγὼ λέγω (ἀποβήσεσθαι).* 217 *ἐφύλασσον τὴν ἄτραπον, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται (αὐτὴν φυλάσσεσθαι).*

VIII, 65 *ὁ βουλόμενος (μύεσθαι) μύεται.* 68 α *ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς κείνους ἔπρεπε (ἀπαλλάξαι).* 114 *ὁ δὲ δίκας δώσει τοιαύτας, οἵας ἐκείνοισι πρέπει (διδόναι).*

IX, 14 *πυθόμενος δὲ ταῦτα ἐβουλεύετο ἐθέλων (ἑλεῖν) εἴκως τούτους πρῶτον ἕλοι.* 111 *τὴν δὲ νῦν ἔχεις, οὐ γάρ δοκέει ἐμοὶ (σὲ ἔχειν αὐτήν) μὴ ἔχε γυναῖκα.*

E contrario petendum est verbum finitum ex infinitivo apud Thucydidem:

I, 45, 6 *ἡ τύχη — κινδυνεύειν τινὰ προάγει καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων (κινδυνεύουσι).* 134, 4 *καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους (ἐμβάλλουσιν) ἐμβάλλειν.*

IV, 17, 4 *μὴ παθεῖν, ὅπερ οἱ ἀήθως τι ἀγαθὸν λαμβάνοντες τῶν ἀνθρώπων (πάσχουσι).* 76, 2 *ἀνδρῶν βουλομένων τὸν κόσμον ἐς δημοκρατίαν ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐς δημοκρατίαν ἔτρεψαν) τρέψαι.*

V, 35, 6 *τοὺς Εἵλωτας ἐξαγαγῶν, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἀπὸ Θρᾴκης (ἐξήγαγον).* 41, 2 *διαμάχεσθαι περὶ τῆς γῆς, ὥσπερ καὶ πρότερόν ποτε (διαμαχέσαιντο).*

VI, 18, 1 *οἷς χρεὼν (ἐστι) ἐπειδή γε καὶ ξυνωμόσαμεν, ἐπαμύνειν καὶ μὴ ἀντιτιθέναι ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν (ἐπήμυναν).*

VII, 61, 2 *οὐ χρὴ πάσχειν, ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων (πάσχουσι).*

VIII, 27, 2 *ὅπου γὰρ ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις (ἀγωνιοῦνται), ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρεσκευασμέναις ἔξεστι ἀγωνίσασθαι κ. τ. λ.* „Cum enim postea, si plane

sciant adversus quot hostium naves quanto ipsorum numero navium pugnaturi sint, liceat pugnare navibus satis et per otium instructis etc." — VIII, 51, 2 *καὶ ὡς μέλλουσα (τειχίζεσθαι) Σάμος θᾶσσον ἐτειχίσθη.*

Tria tantum ex Herodoto exempla afferre possum:

III, 23 *ὄζειν δὲ ἀπ᾽ αὐτῆς (τῆς κρήνης), ὡς εἰ ἴων (ὄζοι).*

IX, 55 *ἐχρήιζε ποιέειν περὶ τῆς ἀπόδου, τά περ ἂν καὶ σφεῖς (ποιέοιεν).*

II, 20 *τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ᾽ ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ (τοσοῦτον) ὅσον (μνησθήσομαι) σημῆναι βουλόμενος μοῦνον.*

Reliquum est, ut dicam de loco Thuc. IV, 70, 1 *Βρασίδας — οἰόμενος τὴν Νίσαιαν ἔτι καταλήψεσθαι ἀνάλωτον· ὡς δὲ ἐπύθετο — προσῆλθε.* Usitatissimum sane est verba sentiendi aut cognoscendi, ut *ἀκούειν, πυνθάνεσθαι, γιγνώσκειν*, alia, absolute sine obiecto in narratione usurpari, quia longum est antecedentia, quae pro obiecto cogitanda sunt, per infinitivum iterare. Hoc autem exemplum differt a vulgaribus, quorum nonnulla legis I, 118, 2; 126, 7; 131, 1. III, 22, 4. IV, 70, 2; 14, 1; 38, 1; 67, 2, eo, quod non intellegendum est aliquid quod antea dictum est, sed quod sensum praebet contrarium. Facile enim intellegitur ex *ἀνάλωτον* cogitandum esse ad *ἐπύθετο* „*ἁλῶναι Νίσαιαν*".

Tres investigavi apud Thucydidem locos, ubi ex altero verbi genere alterum elicere cogimur:

VI, 79, 1 *Ἀθηναίους βοηθεῖν, ὅταν ὑπ᾽ ἄλλων (ἀδικῶνται) καὶ μὴ αὐτοὶ (ἀδικῶσι) ὥσπερ νῦν τοὺς πέλας ἀδικοῦσι.* Quod hic ex *ἀδικοῦσι* supplendum est *ἀδικῶνται*, non est, ut Classenus in adnotatione dicit „eine sehr starke Ellipse", sed audacissima brachylogia.

Multo levior inest offensio in loco VIII, 87, 3 *διότι δὲ οὐκ ἦλθον πολλαχῇ εἰκάζεται· οἱ μὲν γὰρ (εἰκάζουσι) κ. τ. λ.*

Gravissima rursus audacia cognoscitur III, 67, 1 *καὶ ταῦτα, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τούτου ἕνεκα ἐπεξήλθομεν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰδῆτε δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς δὲ ἔτι ὁσιώτερον τετιμωρημένοι.* Quorum verborum sensus, si totum conexum spectamus, hic est: „Nos Thebani coram vobis, Lacedaemonii, tot verba fecimus, primum ut

videretis a vobis iure Plataeenses condemnatum iri, deinde ut nos videremur etiam maiore cum iure ab Plataeensibus ultionem petivisse". Simplicissimum sane est in enuntiato per *ἵνα ὑμεῖς* incipiente ex verbo *εἰδῆτε* iterare formam *εἰδῶμεν*, ut facit Poppo. Recte autem Kruegerus Thebanos iam antea iure de ultione cogitasse monet, ut iam ineptum esset eos tum dicere „*ἵνα ἡμεῖς ἔτι ὁσιώτερον τετιμωρημένοι (αὐτοῖς) εἰδῶμεν*", id quod iam antea non ignorarent. Imo Thebani cupiunt, ut appareat se iure ultionem petivisse. Quae cum ita sint, ut sententia conexu flagitata apte e scriptoris verbis elici possit, fieri non potest, nisi ad coniecturas confugere mavis, quin ex *εἰδῆτε* passivum *φαινώμεθα* cum Classeno cogites, quamquam ex initio cogitandum est de activo *εἰδῶμεν*. Kruegeri igitur mutatione *ἡμᾶς — τετιμωρημένους*, quae verba pendeant ex *εἰδῆτε*, quamvis apta sit, opus esse nego, cum illam libertatem non graviorem esse putem quam ut ab Thucydidis arte et anguste saepius dicendi genere, quod probant loci VI, 79, 1, II, 11, 8, I, 78, 4 iam allati, alienam esse censeam.

Accedo ad formulam *εἰ δὲ μή* vel *ἢν μή*, qua Thucydidem multo frequentius Herodoto usum esse ex exemplis sequentibus apparebit. Quod in hac formula maximam partem verbum finitum omittitur, non cum Classeno[1]) de ellipsi cogitandum est, nam facillime ex antecedentibus verbum suppleri potest. Tali autem supplemento iam non opus est, quod formula pro adverbio usurpata, quae res optime probatur eo quod saepius ponitur *εἰ δὲ μή*, ubi ex logica et grammatica ratione scribi debuit *εἰ δέ*, quod enuntiatum antecedens habet sensum negativum, prorsus transiit in significationem „andernfalls, sonst".

Ex Herodoto tres locos afferre possum, ubi verbum omissum est:

VI, 37 *Κροῖσος προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ (μετίοιεν) σφέας πίτυος τρόπον ἠπείλεε ἐκτρίψειν.*

VI, 56 *μηδένα εἶναι Σπαρτιητέων διακωλυτήν, εἰ δὲ μή, αὐτὸν ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι.*

VIII, 62 *σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μὴ — ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα.*

[1]) Cf. adnot. ad V, 47, 5.

Plenam orationem habet scriptor IX, 48 *καὶ ἢν μὲν δοκέῃ καὶ τοὺς ἄλλους μάχεσθαι, οἱ δ' ὦν μετέπειτα μαχέσθων ὕστεροι· εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνους ἀποχρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα.*

Loci Thucydidei, ubi pro *εἰ δὲ μή* exspectatur *εἰ δέ*, quod in praegressis inest sensus negativus, hi sunt:

I, 28, 3 *πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν· εἰ δὲ μὴ (= εἰ δὲ ποιήσουσι) καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι ἔφασαν.* 131, 1 *τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι· εἰ δὲ μὴ — πόλεμον ἀγορεύειν.* — Deinde I, 35, 5; 78, 4. II, 5, 5; 71, 2. VIII, 97, 1.

Sensus affirmativus inest in praegressis hisce:

II, 72, 1 *ἐμμείνατε τοῖς ὅρκοις· εἰ δὲ μή — κ. τ. λ.* — I, 26, 5; 32, 1; 40, 4. III, 38, 6. IV, 13, 3; 63, 1; 104, 5. V, 16, 2; 21, 3; 35, 6; 47.

Quae adhuc ex brachylogiae regione attuli exempla, maximam partem ita se habent, ut ex verbi alicuius forma cogitanda sit alia eiusdem verbi forma, qua in re varium in modum scriptores libertates sibi sumere vidimus. Iam ad eas species transitus fiat, in quibus, ut generaliter dicam, brevitas eo continetur, quod ex nomine nomen cogitandum est. Spectant autem eiusmodi exempla ad substantiva, adiectiva, pronomina, quae casu variato ex antecedentibus elicienda sunt.

Ac primum quidem huc referenda est ea in dicendo apud Graecos usitatissima brevitas, quae occurrit, si duo verba diversos casus regentia ita coniunguntur, ut obiectum semel positum alteri tantum verbo conveniat, quam ob rem alteri alium casum mente supponamus necesse est. Nonnunquam non de communi obiecto agitur, sed praepositio aliqua regit casum quendam, ex quo petendus est novus casus ei verbo, quod sequitur.

Apud Herodotum observavi haec exempla:

I, 18 *Ἀλυάττης παραδεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν πόλεμον προσεῖχε (τῷ πολέμῳ).* 38 *γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα καὶ οὐκ ἀποπέμπω (σε).* 68 *ἐπενείκαντες οἱ (Λίχῃ) αἰτίην ἐδίωξαν (αὐτόν).* 66 *Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἱσάμενοι σέβονται (αὐτόν).* 92 *δόντος τοῦ πατρὸς (τὴν ἀρχήν) ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος.* 96 *Δηιόκης δικαιοσύνην ἐπιθέμενος (δικαιοσύνῃ) ἤσκεε* „Deioces iustitiae se tradens iustitiam exercuit“.

II, 123 *Συμμίσγων ἑνὶ ἑκάστῳ ὁ Ἅρπαγος τῶν πρώτων Μήδων ἀνέπειθε* (ἕκαστον). 39 *κεφαλῇ δὲ κείνῃ πολλὰ καταρησάμενοι φέρουσι* (αὐτήν).

IV, 87 *τῇσι στήλῃσι ταύτῃσι Βυζάντιοι κομίσαντες* (αὐτάς) *ἐχρήσαντο.*

VII, 6 *ἐξήλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος, πρότερον χρεόμενος τὰ μάλιστα* (αὐτῷ).

Uberior fons talium inest in Thucydide:

I, 20, 2 *Ἱππάρχῳ περιτυχόντες ἀπέκτειναν* (αὐτόν). 23, 6 *φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν* (αὐτούς). 35, 4 *ἡμῖν πέμπειν ὠφελίαν, μάλλιστα δὲ δεξαμένους* (ἡμᾶς) *βοηθεῖν* (ἡμῖν). 40, 6 *εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι τιμωρήσατε* (αὐτοῖς). 61, 4 *πειράσαντες τοῦ χωρίου οὐχ ἑλόντες* (αὐτό). 86, 2 *τοὺς ξυμμάχους οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν* (αὐτοῖς). 95, 2 *ἐδέξαντο τοὺς λόγους καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην* (αὐτοῖς). 98, 4 *Ναξίοις δὲ — ἐπολέμησαν καὶ κατεστήσαντο* (αὐτούς). 112, 5 *κρατήσαντες τοῦ ἱροῦ παρέδοσαν* (αὐτό). 138, 1 *ἐθαύμασέ τε αὐτοῦ τὴν διάνοιαν καὶ ἐκέλευε ποιεῖν οὕτως* (αὐτόν). 144, 2 *νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν* (αὐτούς).

II, 19 *προσβαλόντες τῇ Οἰνόῃ οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν* (αὐτήν). 31, 1 *ἔπλευσαν παρ' αὐτοὺς καὶ ξυνεμίχθησαν* (αὐτοῖς). 58, 1 *μηχανάς τε τῇ Ποτιδείᾳ προσέφερον καὶ ἐπειρῶντο ἑλεῖν* (αὐτήν). 74, 3 *ξυγγνώμονες ἔστε* (permittite) *τῆς τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως* (τιμωρίαν). 91, 3 *ἡ Ἀττικὴ ναῦς φθάσασα τῇ Λευκαδίᾳ* (νηί) *ἐμβάλλει καὶ καταδύει* (αὐτήν).

III, 6, 2 *τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι* (αὐτῇ) *τοὺς Μυτιληναίους.* 34, 3 *προσβαλὼν τῷ τειχίσματι αἱρεῖ* (αὐτό). 105, 1 *τεῖχος, ὅποτε Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο* (αὐτῷ).

IV, 14, 4 *πολύντε πόνον παρασχόντες ἀλλήλοις καὶ τραυματίσαντες* (ἀλλήλους). 72, 2 *οἱ ἱππῆς ἐπιπεσόντες τοῖς ψιλοῖς ἔτρεψαν ἐπὶ τὴν θάλασσαν* (αὐτούς).

V, 5, 2 *τούτοις οὖν ὁ Φαίαξ ἐντυχὼν οὐκ ἠδίκησεν* (αὐτούς). 6, 1 *προσβάλλει Ἀνδρίων ἀποικίᾳ καὶ οὐχ εἷλε*

(αὐτήν). 44, 3 περὶ ξυμμαχίας ἀπολογησάμενοι, ὡς οὐκ ἐπὶ κακῷ τῶν Ἀθηναίων ἐποιήσαντο (αὐτήν).

VI, 77, 2 ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες κακουργεῖν (αὐτούς).

VII, 43 τὴν γῆν — ἔτεμον καὶ — ἐπεκράτουν (αὐτῆς).

Rarissime autem fit, ut, quod nos semper facimus, scriptores iterent obiectum in pronomine. Tria tantum habeo exempla:

Thuc. II, 65, 5 ὅσον τε γὰρ χρόνον προύστη τῆς πόλεως — διεφύλαξεν αὐτήν.

VI, 57, 3 περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ καὶ ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν.

Her. IV, 110 αἱ Ἀμάζονες ἐντυχοῦσαι δὲ πρώτῳ ἱπποφορβίῳ τοῦτο διήρπασαν.

Unum exemplum invenitur, ubi novum obiectum indicatur, Thuc. I, 53, 2 ἡμᾶς τούσδε λαβόντες πρῶτον χρήσασθε ὡς πολεμίοις (ἡμῖν).

Sequantur iam nonnulla exempla, quae quamvis varie inter se differant, tamen commune habent, quod alter casus ex altero cogitandus aut alteri si ex parte adest, etiam pronomen addendum est.

Her. I, 99 μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα μηδένα, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρᾶσθαι (τῷ βασιλεῖ).

III, 154 Ζώπυρος ἀποταμὼν ἑαυτοῦ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας καὶ μαστιγώσας (ἑαυτόν) ἦλθε παρὰ Δαρεῖον.

V, 83 δίκας ἐδίδοσαν (ἀλλήλοισι) καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων. 92 β ἐδίδοσαν δὲ (ἀλλήλοις) καὶ ἤγοντο παρ' ἀλλήλων.

Thuc. I, 102, 3 δείσαντες τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρόν — καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι (αὐτοὺς εἶναι). 134, 3 μέλλοντος αὐτοῦ ἀποψύχειν — αἰσθόμενοι ἐξάγουσιν ἔτι ἔμπνουν ὄντα (αὐτόν).

Her. I, 32 Solon ut Croesum moneat, ne nimis divitiis confidat, dicit πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προρρίζους ἀνέτρεψε (αὐτούς). 68 φράζων τὴν ἑαυτοῦ ξυμφορὴν πρὸς τὸν χάλκεα ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλὴν (αὐτοῦ).

IV, 179 φάμενόν σφι καὶ τὸν πόρον δέξειν καὶ ἀπήμονας ἀποστέλλειν (σφεας).

Tres apud Thucydidem observavi singulares locos, ubi in sententiis relativis pronomen casu variato iterandum est:

I, 36, 1 *καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι (ὅστις) φοβεῖται δὲ μή.*

III, 55, 3 *οὓς εὖ παθών τις καὶ αὐτὸς δεόμενος προσηγάγετο ξυμμάχους καὶ (ὧν) πολιτείας μετέλαβεν.*

IV, 67, 1 *ἐν ὀρύγματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθευσαν τὰ τείχη καὶ (ὃ) ἀπεῖχεν οὐ πολύ.*

Saepius omittitur genetivus subiecti in constructione genetivi absoluti, sed ita ut facile ex antecedentibus vel ipso conexu suppleatur, ut de ellipsi omnino non cogitandum sit. Atque primum quidem eos locos afferam, ubi pronomina *αὐτῶν, τούτων, ἐκείνων* cogitanda sunt:

Her. I, 3 *οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτοῦ Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους ἀπαιτέειν τε Ἑλένην καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν: τοὺς δὲ προϊσχομένων (αὐτῶν* sc. *τῶν Ἑλλήνων) ταῦτα προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν, ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων (ἐκείνων* sc. *τῶν Κόλχων) βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι.*

Deinde I, 82. 80. 97. 98. 126; III, 13. 22. 23. 32. 86. 120. 128; IV, 36. 129. 134; V, 12. 40. 75. 78. 80. 98; VI, 4. 56. 113; VII, 23; VIII, 90. 108. 140 *β*. 144; IX, 16. 41. 98. 107. — Deest singularis *αὐτοῦ*: IV, 5; VI, 80. 82; VIII, 25. 69, quo posteriore loco *αὐτῆς* desideratur. — Vox *ἡμῶν* addendum est IX, 27, *ὑμῶν* IX, 58.

Loci Thucydidei desiderantes *αὐτῶν* sunt:

I, 3, 2. 73, 4; II, 5, 5. 8, 4. 52, 3. 81, 6; III, 3, 3. 34, 3. 45, 3. 70, 2. 72, 1. 82, 1. 82, 7. 82, 8; IV, 3, 1. 16, 2. 21, 3. 34, 3. 41, 4. 47, 1. 58. 66, 1. 67, 4. 73, 3. 94, 2. 96, 5. 108, 1. 130, 5. 135, 1; V, 17, 2. 31, 3. 33, 1. 71, 1. 103; VI, 33, 3. 66, 2; VII, 27. 28, 2. 44, 1. 48, 2. 53, 2. 86, 4. 95, 4. — *αὐτοῦ* deest I, 1. 36, 1. 138, 6; II, 60. 6; III, 38, 6. 92, 5. — *ἡμῶν* deest III, 55, 1.

Nota est scriptorum veterum illa in narratione dicendi proprietas, qua utentes cum urbis vel terrae cuiusdam nomen pronuntiarint, narrare pergunt, quasi de incolis ipsis verba fecerint. Quamquam in talibus certe non brevis visa est oratio veteribus,

tamen ratione habita grammaticae, ex qua incolarum nomen petendum est ex terrae vel urbis nomine, exempla, in quae incidi, afferre hic non dubito.

Apud Herodotum exstant:

I, 151 *Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μηθυμναῖοι ἐόντας ὁμαίμους (τοὺς Ἀρισβαίους).* |162 *αἵρεε τὰς πόλιας χώμασι· ὅκως γὰρ τειχήρεας (τοὺς πολιήτας) ποιήσειε κ. τ. λ.*

II, 90 *κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους (πολιήτας) κτλ.*

III, 113 *τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης — δύο δὲ γένεα οἴων σφι (τοῖς Ἄραψι) ἐστί.* 134 *τῆς Ἑλλάδος ἀποπειρᾶσθαι — πέμψαι ἐς αὐτούς (τοὺς Ἕλληνας).* 154 *Βαβυλῶνα ὑποχειρίην ποιῆσαι, εἰ δ' ἑωυτὸν λωβησάμενος αὐτομολήσειε ἐς αὐτούς (τοὺς Βαβυλωνίους).*

V, 63 *ἐπεκαλέοντο ἐκ Θεσσαλίης ἐπικουρίην· ἐπεποίητο γάρ σφι ξυμμαχίη πρὸς αὐτούς (τοὺς Θεσσαλούς).*

VII, 8 β *πυρώσω τὰς Ἀθήνας, οἵγε (Ἀθηναῖοι) ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιοῦντες.*

VIII, 121 *τραπόμενοι ἐς Κάρυστον καὶ δηιώσαντες αὐτῶν (Καρυστίων) τὴν χώρην.* 31 *τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίνατο, ἐμήδιζον γὰρ (οἱ Δωριέες).*

Unus locus se offert, ubi scriptor neglegenter incolarum loco urbem ponit, VIII, 127 *ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην (τὴν Ὄλυνθον) ἐπολιόρκεε.*

Non congruere cum exemplis supra allatis duos locos censeo, quos Abichtius in adnotatione ad locum IX, 73 huc refert. Quae enim leguntur IX, 73 *Σωφάνης ἐὼν δήμου Δεκελειῆθεν, Δεκελέων δὲ τῶν κοτε κ. τ. λ.* et IX, 92 *Δηϊφόνου ἀνδρὸς Ἀπολλωνιήτεω, Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν Ἰωνίῳ κόλπῳ,* aliter se habent, cum diserte in utroque loco nomen proprium positum sit.

Ex Thucydide afferre licet hos locos:

I, 24, 3 *ἐγένετο (ἡ πόλις) μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος· στασιάσαντες δὲ (οἱ πολῖται) κ. τ. λ.* 136, 1 *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς φεύγει ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν (Κερκυραίων) εὐεργέτης.* 6, 1 *Πᾶσα γὰρ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει — καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μετ' ὅπλων ἐποιήσαντο (οἱ Ἕλληνες).*

II, 66, 1 *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐστράτευσαν ἐς Ζάκυνθον τὴν νῆσον — εἰσὶ δὲ (οἱ Ζακύνθιοι) ἄποικοι κ. τ. λ.*

II, 30, 1 *πλεῖν ἐπὶ Μυτιλήνην πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι* (*τοὺς Μυτιληναίους*).

III, 2, 1 *Λέσβος ἀπέστη ἀπ' Ἀθηναίων, βουληθέντες* (*οἱ Λέσβιοι*) *μὲν καὶ πρὸ τοῦ πολέμου.*

IV, 53, 2 *τὰ δὲ Κύθηρα νῆσός ἐστι — Λακεδαιμόνιοι δ' εἰσί.* 15, 1 *ἐς δὲ τὴν Σπάρτην ὡς ἠγγέλθη τὰ γεγενημένα περὶ Πύλον, ἔδοξεν αὐτοῖς* (*τοῖς Σπαρτιάταις*) *κ. τ. λ.* 123, 1 *ἐν τούτῳ δὲ Μένδη ἀφίσταται — πόλις — καὶ αὐτοὺς* (*τοὺς Μενδαίους*) *ἐδέξατο ὁ Βρασίδας.*

VI, 34, 1 *πέμπωμεν πρέσβεις — ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅπως ξυμμαχίαν ποιῶνται* (*οἱ Ἰταλιῶται*).

VIII, 1, 1 *ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ἐπειδὴ ἠγγέλθη, ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίστουν* (*οἱ Ἀθηναῖοι*). 15, 1 *ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ταχὺ ἀγγελία τῆς Χίου ἀφικνεῖται, καὶ νομίσαντες* (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *κ. τ. λ.* 42, 1 *ἐπέπλει οὖν πρὸς τὴν Σύμην, πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι* (*τοὺς Συμαίους*). 61, 1 *Δερκυλίδας — παρεπέμφθη — Ἄβυδον ἀποστήσων* (*εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι* (*οἱ Ἀβυδηνοί*).

Huc referendi mihi videntur duo loci, in quibus inest cum reliquis similitudo quaedam:

VI, 53, 1 *καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν ἐς ἀπολογίαν*; cogitandum hic est in participio *κελεύσοντας* de viris, qui in illa navi insunt. Quam ad sensum constructionem bene ferri posse exemplis antea allatis praeterea talibus, qualia sunt III, 67 *ἡλικία, ὧν*; VI, 60, 4 *ὁ δῆμος — δεινὸν ποιούμενοι*; Her. IV, 3 *νεότης — οἵ*, credo, ut neque Cobeto *ὡς κελεύσαντας ἀποπλεῖν* deleri iubenti neque Stahlio dubitationes proferenti assentiar.

Alter locus est V, 8, 2 *δεδιὼς τὴν αὑτοῦ παρασκευὴν καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους εἶναι* (*τοὺς ἑαυτοῦ*, ex quibus constat *ἡ παρασκευή*).

Accedere iam mihi in animo est ad usum quendam Herodoteum exemplis illustrandum, qui cadit in regionem singularis collectivi. Cui generi cum Herodotum valde indulsisse videam, ex Thucydide unum tantum exemplum afferre possum. Sed ne hoc quidem plane cum Herodoteis convenit, occurrit III, 173 *τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν* (*αὐτῷ γὰρ*

καὶ ὑπερέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας) scil. *ὁ ὁπλίτης*. Apud Herodotum ita res se habet, ut scriptor in describendis hominum, quos visit, moribus actionibusque narrationem ita instituat, ut initio plurali numero utens paulo post ad singularem transeat. Quae dicendi ratio haud scio an magis ad vigorem et vivacitatem descriptionis, quam ad brevitatem referenda sit. Facillime enim ex praegresso plurali habes singularem.

Agit historicus in primi libri capitibus 188 sqq. de Babyloniorum terra moribusque. Cum autem hic saepe in describendo enuntiata ita formet, ut subiectum sit *οἱ Βαβυλώνιοι*, dicit I, 195 *ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέονται, κιθῶνι ποδηνεκέι λινέῳ καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπενδύνει καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενος, ὑποδήματα ἔχων ἐπιχώρια κ. τ. λ.* Cogites igitur necesse est ad *ἐπενδύνει — περιβαλλόμενος — ἔχων* ex plurali *Βαβυλώνιοι* singularem *Βαβυλώνιος*.

I, 132 exponitur, qua consuetudine Persae in sacris faciendis utantur: *οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι μέλλοντες θύειν· τῶν δὲ (θεῶν) ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλῃ (ὁ Πέρσης)* (pro *θέλωσι*), *ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος καλέει* (pro *καλέουσι*) *τὸν θεόν κ. τ. λ.*

I, 126 docemur de Massagetarum vita *οὖρος δὲ ἡλικίης σφι πρόκειται ἄλλος μὲν οὐδείς· ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται (ὁ Μασσαγέτης)*.

II, 38 de sacris Aegyptiorum tauris dicitur *τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε· τρίχα ἢν καὶ μίαν ἴδηται ἐπεοῦσαν μέλαιναν, οὐ καθαρὸν εἶναι νομίζει*, deinde c. 47 paulo ante praecedente plurali *θύουσι* sequuntur *ἐπεὰν θύσῃ*, tum c. 65, cum paulo ante praecedant *εὐχόμενοι τῷ θεῷ ἱστᾶσι*, pergit scriptor *τὸ δ᾽ ἂν ἑλκύσῃ, τοῦτο τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων διδοῖ*.

II, 70 ut e variis rationibus, quibus utentes Aegyptii crocodilos capiunt, unam eamque maxime memorabilem explicet, describere incipit *ἄγραι δέ σφεων πολλαὶ κατεστᾶσι καὶ παντοῖαι· ἡ δ᾽ ὦν ἔμοιγε δοκέει ἀξιωτάτη ἀπηγήσιος εἶναι, ταύτην γράφω· ἐπεὰν νῶτον ὑὸς δελεάσῃ περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς μέσον τὸν ποταμὸν κ. τ. λ.*

I, 96 *ἱστῷ δὲ ἀκανθίῳ χρέονται — ἀπίει.*

IV, 22 οἱ Ἰύρκαι ἀπὸ θήρης ζῶντες τρόπῳ τοιῷδε· λοχᾷ ἐπὶ δένδρον ἀναβάς — ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θήριον κ. τ. λ.

IV, 65, ubi de Scythis comperimus, quomodo ex hostium interfectorum calvariis pocula faciant, exstant: τὰς κεφαλὰς τῶν ἐχθίστων ποιεῦσι τάδε· ἀποπρίσας πᾶν τὸ ἔνερθε τῶν ὀφρύων ἐκκαθαίρει (τὴν κεφαλὴν sc.).

IV, 172 de Nasamonibus dicitur μαντεύουσι δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμῶνται· τὸ δ' ἂν ἴδῃ ἐν τῇ ὄψι ἐνύπνιον, τούτῳ χρᾶται. Deinde c. 190 κατημένους θάπτουσι τοὺς ἀποθνήσκοντας, φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀπίῃ (pro ἀπιέωσι sc. οἱ ἀποθνήσκοντες) τὴν ψυχήν, ὅκως κ. τ. λ.

IV, 67 οἱ Ἐνάρεες — μαντεύονται· ἐπεὰν τὴν φιλυρὴν τρίχα σχίσῃ — χρᾷ.

VII, 85 οἱ Σαγάρτιοι — ἐπεὰν συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σείρας — ὅτευ δ' ἂν τύχῃ κ. τ. λ.

Exemplum autem I, 197, ubi de Babyloniis traditur, quomodo aegrotos curare studeant, προσιόντες ὦν πρὸς τὸν κάμνοντα συμβουλεύουσι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτον ἔπαθε ὁκοῖον ἂν ἔχῃ ὁ κάμνων, ἢ καὶ ἄλλον εἶδε παθόντα, et in sequentibus αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε — ἐπείρηται — ἔχει, ad hoc dicendi genus referre, quod Steinius facit, dubito, quod subiectum diserte per pronomina τίς et αὐτός indicitur. — Plane idem censeo de loco V, 16, ubi ἕκαστος exstat.

Contra quadrat in illum usum locus II, 68 τῶν δὲ κροκοδείλων φύσις ἐστὶ τοιήδε· τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσαρας ἐσθίει οὐδέν.

Ceterum quod editores in nonnullis horum exemplorum pro subiectis participia vel substantiva e conexu ficta proponunt, ut II, 96 ὁ ναύτης, II, 65 ὁ εὐχωλιμαῖος, I, 132 ὁ θύσων, IV, 22 ὁ θηρῶν, opus esse talibus supplementis nego ratus talia nihil esse nisi explicationem et circumscriptionem ad vertendum licet utilem.

Paucos observavi locos praeter illos vulgares, qualis est Her. IX, 41 αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι, ἡ μέν κ. τ. λ., ubi ex plurali singularis sumendus est:

Her. II, 43 ὥστε τούτων ἂν καὶ μᾶλλον τὰ οὐνόματα ἐξηπιστέατο Αἰγύπτιοι ἢ τοῦ Ἡρακλέος (οὔνομα). II, 52

ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπιγμένα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν τῶν ἄλλων, Διονύσου δὲ (οὔνομα) ὕστερον πολλῷ ἐπύθοντο.

Thuc. VIII, 92, 3 ἐς τοῦ περιπολάρχου (οἰκίαν) καὶ ἄλλοσε κατ' οἰκίας ξυνιόντες.

Aliter se habent loci nonnulli Herodotei, cum singularis ex parte adsit: III, 61 κήρυκας τῇ τε ἄλλῃ διέπεμπε καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον προερέοντα (κήρυκα) τῷ στρατῷ κ. τ. λ.

IV, 46 ὁ δὲ Πόντος ὁ Εὔξεινος χωρέων πασέων παρέχεται ἔξω τοῦ Σκυθικοῦ (ἔθνεος) ἔθνεα ἀμαθέστατα.

I, 126 πόνοι τῷ χθίζῳ (πόνῳ) παραπλήσιοι.

Denique non omittendum esse censeo locum VII, 49 καίτοι οὐκὶ ἕνα δεῖ εἶναι τὸν λιμένα, ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν τὴν ἤπειρον (δεῖ εἶναι λιμένας).

Restat ut priusquam ad ellipsin exemplis illustrandam accedam, paucos locos singulares ex Herodoto afferam, quos apte proponere hucusque vix licuit:

I, 193 εἰσὶ δέ σφι φοίνικες καρποφόροι, ἐκ τῶν (τῶν καρπῶν) σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται.

II, 65 Αἴγυπτος οὐ μάλα θηριώδης ἐστί· τὰ δὲ ἐόντα (θηρία) σφι ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται.

IV, 194 οἱ δὲ Γύζαντες πιθηκοφαγέουσι· οἱ δὲ (πίθηκοι) σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι ὄρεσι γίνονται.

IV, 110 αἱ Ἀμαζόνες ἐντυχοῦσαι δὲ πρώτῳ ἱπποφορβίῳ τοῦτο διήρπασαν, καὶ ἐπὶ τούτων (τῶν ἵππων) ἱππαζόμεναι ἐληίζοντο τὰ τῶν Σκυθέων.

II, 85 τὸ θῆλυ γένος ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ κἄπειτα λιποῦσαι τὸν νεκρὸν αὗται τύπτονται, ubi ex θῆλυ γένος eliciendum est αἱ θηλέαι. — Bene autem comparatur cum hoc locus Thuc. II, 45, 2 εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι (γυναῖκες) νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι κ. τ. λ.

Audacissima est brachylogia VIII, 115 in eo posita, quod ex vocabulo ἅρμα participio νεμομένας substantivum ἵππους attribuendum est, neque vero de ellipsi cogitandum est, quod ἵππους iam antea dictum est. Leguntur autem ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διός, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπιὼν οὐκ ἀπέλαβε, ἀλλὰ δόντες οἱ Παίονες τοῖσι Θρηξὶ

ἀπαιτέοντος Ξέρξεω ἔφασαν νεμομένας ἁρπασθῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηίκων.

Postremo duo loci Thucydidei afferendi sunt I, 92, 1 *τειχίζεταί τε καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει* (*τὸ τετειχισμένον* vel *τὸ τεῖχος*); V, 47, 6 *τοῖς δὲ βοηθοῦσι ἡ πόλις ἡ πέμπουσα παρεχέτω μέχρι μὲν τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὴν πόλιν κ. τ. λ.*, ubi supplenda vox *βοήθεια* metonymice pro *οἱ βοηθοῦντες* mente addenda est. —

Priusquam autem ad ellipsin transeam, commemorandum videtur, per brachylogiam etiam maiores enuntiati partes, imo totum enuntiatum omitti posse. Huc spectant praeter tritissima et simplicissima, ex quibus unum exemplum Herodoteum hic sufficiat I, 39 *εἰ μὲν γὰρ ὑπ᾽ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με ἢ ἄλλου τευ, ὅτι τούτῳ οἶκε, χρῆν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις· νῦν δὲ ὑπὸ αἰχμῆς* (*εἶπε τελευτήσειν με*), formulae illae Thucydideae *οὐ μὴν οὐδέ* et *οὐ μέντοι ἀλλὰ καί*, quas inepte grammatice ellipticas dicere solent. Facillime enim post *οὐ μήν*, quod cum emphasi dictum antecedentia refutat, enuntiatum plenum reddi potest. Origo igitur breviloquentiae, quae inest in illis formulis, petenda est ex omissione eorum verborum, quae antecedunt. Longum autem visum est, semper verba iterare et praecipue in vivaci oratione aut gravi narratione omissa sunt. Tum vero multo usu brevitatis causa factum est, ut per illud *οὐ*, quod cum emphasi dictum esse docet additamentum *μήν*, uno quasi ictu quae antea dicta erant removerentur et tollerentur, quasi dictum esset *τοῦτο οὐκ ἔστι* (*ἦν*), *γενήσεται* vel ut Classenus ad locum Thuc. I, 3, 3 adnotat „doch damit nicht genug, nicht einmal — doch auch nicht".

Loci Thucydidei sunt I, 3, 3. 82, 1; II, 97, 6; V, 43, 2; VI, 55, 3.

Saepius Herodotus eandem formulam pro *μήν* scribens *μέν* adhibet: II, 12. 49. 120. 142; III, 2; IV, 204; VI, 72; VIII, 25. 130; IX, 7. Bis legitur *οὐδὲ γὰρ οὐδέ* I, 215; IV, 16, semel *οὐ γὰρ οὐδέ* I, 49, bis *οὐδὲ ὦν οὐδέ* II, 134, V, 98, semel *οὐ μέντοι οὐδέ* VI, 45.

Plane idem censendum est de hisce locis explicandis Thucydideis: III, 66, 4 *ἐξιοῦτε μὴ ἀντιδοῦναι δίκην· οὐκ* — (nein!

= οὐκ ἀξιοῦτε μὴ ἀντιδοῦναι δίκην) ἥν γε οὗτοι τὰ ὀρθὰ γιγνώσκωσι. Deinde V, 101.

Inepte quoque, ubi complura verba supplenda sunt ex antecedentibus, ellipsis nomen adhibere Classenum, virum doctissimum, vides loco Thuc. IV, 36, 3, ubi describitur pugna quaedam facta ab Lacedaemoniis et Atheniensibus, qua Lacedaemonios ab Atheniensibus circumventos similiter atque pristinis temporibus Spartanos a Persis periisse scriptor dicit. Quodsi leguntur: *οἱ Λακεδαιμόνιοι βαλλόμενοί τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη καὶ γιγνόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι, ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι, τῷ ἐν Θερμοπύλαις (ἐκεῖνοί τε γὰρ τῇ ἀτραπῷ περιελθόντων τῶν Περσῶν διεφθάρησαν οὗτοί τε), — οὐκέτι ἀντεῖχον*, ad *οὗτοί τε* facillime supples *διεφθάρησαν περιελθόντων τῶν Ἀθηναίων,* quae verba excepto vocabulo *Ἀθηναίων,* quod nihil ad rem facit, iam dicta sunt, ita ut brachylogia in aperto sit. — Similis locus occurrit V, 17, 2.

Inepte deinde ellipsin totius enuntiati, ut *οὐκ ἐδύνατο, ἀδύνατον ἦν, οὐκ οὕτως ἦν,* statuunt Abichtius et Kruegerus in particularum serie *ἀλλὰ (οὐ) γάρ,* cum brachylogia in promptu sit. Clarum est per particulam *ἀλλά* oppositionem introduci, per particulam *γάρ* huius oppositionis causam. Ex ratione grammatica utraque particula verbum finitum flagitat, quod non semper a scriptore positum esse videmus. Neque vero in talibus de ellipsi cogitandum est.

Ac primum quidem locos afferam, qui plenam orationem praebent. Res clarior fit, si per parenthesin enuntiata dirimuntur:

I, 15 *ἀλλ' — οὐδὲν γὰρ μέγα ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἔργον ἐγένετο — τοῦτον μὲν παρήσομεν.*

I, 147 *ἀλλὰ γὰρ περιέχονται* (= *ἀλλὰ — περιέχονται γὰρ*) *τοῦ ὀνόματος μᾶλλον τῶν ἄλλων Ἰώνων — ἔστωσαν Ἴωνες,* spectat igitur *ἀλλά* ad *ἔστωσαν, γάρ* ad *περιέχονται.*

Reliqui loci, in quibus omnia integra sunt, leguntur II, 116; IV, 83; VI, 130; VII, 214. 158; VIII, 108, quem locum ad verba ascribere non inutile puto. Eurybiades censet Xerxem fugientem non persequendum esse, *ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσην, ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν.* Quae cum ita sint, neque Kruegeri explicatio „doch das dürfte nicht geschehen, denn es scheine dass er etc.“

neque Abichtii adnotatio „hier schwebt nach *ἀλλά* der Gedanke vor *ἀλλ᾽ ἔατε φεύγειν τὸν Πέρσην*, der gleich nachher in eindringlicherer Form wiederholt wird *ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν*“ apta est. — Deinde IX, 27; IX, 109.

Etiam melius rem illustrat locus III, 152, ubi de Dario diu frustra omnia tentante ut Babylonem caperet, haec dicuntur: *καίτοι πάντα σοφίσματα καὶ πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς ἐδύνατο ἑλεῖν σφέας, ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἷλέ σφεας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη· ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν*, quae verba mea quidem sententia construenda sunt *ἀλλ᾽ οὐδὲ οἷός τε ἦν ἑλεῖν, δεινῶς γὰρ ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι*. Quamobrem neque video, quid sibi velit Kruegeri adnotatio „doch es gelang ihm nicht, denn“ quippe quod statim sequantur *οὐδὲ οἷός τε ἦν ἑλεῖν*, neque Abichtio assentiri possum dicenti „aber alle seine Versuche waren vergeblich, denn“. Nonne, si res ita se haberet, scriptor inepte bis idem dixisset?

Plane idem censeo de loco VII, 4 *Δαρεῖος ὡρμᾶτο στρατεύεσθαι· ἀλλὰ γὰρ μετὰ — συνήνεικε αὐτὸν ἀποθανεῖν, οὐδέ οἱ ἐξεγένετο οὔτε τοὺς ἀποστεῶτας Αἰγυπτίους οὔτε Ἀθηναίους τιμωρήσασθαι*, in quibus, quod *ἀλλά* coniungendum est cum *οὐδέ οἱ ἐξεγένετο*, inutilia sunt ea, quae Kruegerus adnotat „doch er konnte die Sache nicht ausführen, denn“ non minus quam Abichtii verba „hier schwebt bei *ἀλλά* etwa vor „aber er wurde an der Ausführung gehindert, denn“.

Tum prorsus integer est locus V, 3, ubi scriptor postquam dixit Thracum populum, si concordia uteretur, potentissimum esse posse, pergit: *ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μήκοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες*; recte igitur Steinius Matthiaeum secutus, quod *εἰσὶ δή* pertinent ad *ἀλλά*, post *ἐγγένηται* ponit comma, cum Kruegerus et Abichtius inepte colon adhibuerint.

Iam de eis exemplis dicendum est, in quibus re vera enuntiatum per *ἀλλά* incipiens non ad finem perducitur. Neque vero ellipsis haec est, ut editores censent, sed brachylogia. Suppletur enim facillime enuntiatum mancum verbis, quae antecedunt aut sequuntur:

VIII, 8 *ὁ Σκύλλης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε ὡς τότε*, quae plene dicenda sunt *ἀλλ' οὐκ αὐτομόλησε, οὐ γάρ κ. τ. λ.*

IX, 27 *ἐν τοῖσι Τρωικοῖσι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα· ἀλλ' οὐ γάρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι*, = *ἀλλ' οὐ τούτων ἐπιμνησόμεθα, οὐ γὰρ κ. τ. λ.* 46 *ἐν νόῳ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα, ἀλλὰ γὰρ ἀρρωδέομεν μὴ ὑμῖν οὐκ ἡδέες γένωνται οἱ λόγοι* = *ἀλλ' οὐ ταῦτα φήσομεν, ἀρρωδέομεν γάρ.*

II, 120, quo loco Herodotus in antecedentibus dicit, dubium non esse, quin Troiani, Helena tradita, belli libentissime finem facturi fuerint, *ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι* = *ἀλλ' οὐκ ἀπέδοσαν τὴν Ἑλένην, οὐ γὰρ εἶχον αὐτήν.*

VII, 143 Themistocles Apollinis illud oraculum interpretandum dicit ita, ut intellegatur *ὦ σχετλίη Σαλαμίς* (pro *ὦ θείη Σαλαμίς*), *εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν, ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ, χρηστήριον*, = *ἀλλ' οὐ τελευτήσειν, εἰρῆσθαι γάρ.*

VI, 124. In praegressis postquam scriptor causas attulit cur Alcmaeonidas Athenarum liberatores non proditores esse censeret dicens *Ἀλκμεωνίδαι δὲ ἐμφανέως ἠλευθέρωσαν* iam pergit: *ἀλλὰ γὰρ ἴσως τι ἐπιμεμφόμενοι Ἀθηναίων τῷ δήμῳ προέδοσαν τὴν πατρίδα* = *ἀλλ' ἴσως οὐκ ἠλευθέρωσαν, ἴσως γάρ κ. τ. λ.*

IX, 113. In antecedentibus narratur Masistam propter iniurias a Xerxe sibi illatas id egisse, ut Bactros ad defectionem impelleret, *τά περ ἂν καὶ ἐγένετο ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἴπερ κ. τ. λ. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης πυθόμενος — κατέκτεινε αὐτόν* = *ἀλλ' οὐκ ἐγένετο, Ξέρξης γάρ κ. τ. λ.*

Quod in nonnullis horum exemplorum vocula *οὐ* de novo addenda est, eadem fere brachylogia est, quam supra cognovimus, ubi per oppositionem ex *οὐδείς* — *ἕκαστος*, ex *οὐκ ἐᾶν* — *κελεύειν* cogitandum est.

Simplicissime se habere mihi videtur locus II, 138 *οὔκων ποιήσειν ταῦτα, ἀλλὰ γάρ οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον, ὁκόσον κεχρῆσθαι ἄρξαντα Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν.* Quid enim impedit, quominus bis cogites per figuram *ἀπὸ κοινοῦ* infini-

tivum ἐκχωρήσειν et construas: *ἀλλ' Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν (αὐτόν), ἐξεληλυθέναι γὰρ τὸν χρόνον, ὁκόσον κεχρῆσθαι ἄρξαντα Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν?*

Caput III.

De ellipsis apud Herodotum et Thucydidem usu.

Ante omnia tenendum est, ut in prima dissertationis meae parte exposui, distinguendum esse eas ellipticas locutiones formulasque, quae plane in adverbiorum statum transgressae et maxima ex parte per analogiam similium fictae nihil nisi speciem ellipticam praebeant, ut frustra supplementum quaeramus, ab iis, in quibus omissum vocabulum facile cognoscere possimus.

Atque primum quidem prioris generis exempla afferre mihi visum est. Huc referenda sunt illa adverbia in η cadentia, in quibus, quamquam grammatico aut homini exterae gentis substantivum genere feminino deesse videri potest, tamen ineptum est semper de voce ὁδῷ cogitare.

Utitur Thucydides adverbio relativo ᾗ significante „ubi“: I, 49 *ᾗ δὲ αὐτοὶ ἦσαν Κορίνθιοι.* — Deinde III, 25, 1. 93, 2; II, 4, 1. 4, 2. 4, 3. 18, 3. 23, 3. 55. 1. 75, 4. 79, 6. 100, 6; III, 16, 1. 20, 3. 51, 3. IV, 9, 2. 11, 2. 24, 5. 29, 3. 29, 4. 32, 3. 33, 2. 34, 1. 35, 2. 36, 2. 53, 2. 90, 2. 96, 1. 100, 2. 115, 2. 130, 2; V, 10, 6. 58, 3. 72, 4; VI, 66, 2. 67, 1. 99, 1. 99, 2. 101, 1. 101, 3; VII, 3, 3. 5, 2. 6, 2. 29, 3. 43, 3. 45, 1. 60, 2. 70, 1. 70, 6. 74, 2. 78, 4. 79, 4. 80, 1. 83, 5; VIII, 39, 2. 104, 4.

Eodem fere ambitu utitur Herodotus Ionica forma τῇ significante „ubi“:

I, 84 *τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο* et *τῇ ἦν ἐπίμαχον.* — Tum I, 30. 174. 191. 203; II, 8. 11. 15. 33. 67. 106. 124. 158; III, 51. 64; IV, 3. 44. 53. 85. 140. VI, 133; VII, 9 β. 22. 40. 115. 216. 228. 239; VIII, 53. 72. 121; IX, 21. 57. 62. 70. 97. 118.

Inest sensus „qua caûsa, qua ratione" in eadem formula *ᾗ* apud Thucydidem:

I, 11 *ᾗ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες ἀντεῖχον βίᾳ.* 101, 2 *ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν.* — Deinde I, 25, 4. 31, 4. 74, 4. 95, 2. 126, 8. 142, 4; II, 2, 3. 3, 3. 6, 1. 13, 2. 67, 1. 70, 4; III, 13, 2. 18, 1. 28, 3. 35, 2; IV, 1, 3. 122, 6; VI, 9, 2. 26, 1; VII, 49, 2; VIII, 72, 1.

Parcior autem in hoc usu est Herodotus:

I, 40 *ἔστι τῇ με νικᾷς.* VII, 139 *τῇ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἀληθές.* — Deinde I, 109. 120; VI, 69; VII, 10 *θ*. 175 VIII, 41; IX, 60.

Haud ita magnus est in Thucydideis libris numerus eorum locorum, ubi *ᾗ* significat „quo":

II, 70, 4 *ἐξῆλθον ἐπὶ τὴν Χαλκιδικὴν καὶ ἕκαστος, ᾗ ἐδύνατο.* — Deinde I, 136, 2; II, 84, 3. 87, 8.

Maiorem numerum praebet Herodotus:

II, 29 *στρατεύονται — ᾗ ἂν κελεύῃ.* IX, 67 *ἔφευγον ἐς τὰς Θήβας, οὐ τῇ περ οἱ Πέρσαι.* — Deinde I, 86. 151; II, 15. 29; IV, 62; V, 33. 74. VII, 163. 236; VIII, 13. 68 *β*. IX, 66.

Frequentius Herodoto usurpat Thucydides formam *ὅπῃ*. Habet significationem „qua via ac ratione" apud Thucydidem:

I, 52, 3 *τοῦ δὲ οἴκαδε πλοῦ μᾶλλον διεσκόπουν ὅπῃ κομισθήσονται.* 65, 3 *ἔπρασσεν ὅπῃ ὠφελία τις γενήσεται.* — Deinde I, 107, 6; II, 11, 9. 100, 5; III, 1, 1; IV, 13, 3; V, 18, 11. 40, 3; VI, 8, 2. 72, 5. 93, 2; VIII, 54, 2. 56, 4. 67, 3.

Bis inest in *ὅπῃ* significatio „quo": III, 112, 6 *ὅπῃ τράπωνται,* et VII. 71, 6 *ὅπῃ σωθήσονται διεσκόπουν.*

Differt autem Herodotus a Thucydide in usu voculae *ὅπῃ* eo, quod ille eam rarius neque nisi locali vi usurpat; occurrit I, 188 *ὅκῃ ἂν ἐλαύνῃ.* I, 204; II, 146; VII, 147; VIII, 130; IX, 106. — Semel habes apud Herodotum formulam *κοίῃ* „qua ratione vel qua causa" I, 30 *κοίῃ δὴ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον;*

Solus Herodotus habet vocem interrogativam *κῇ* „quo": I, 32 *σκοπέειν δὲ χρὴ πάντος χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται.* VIII, 27. — Saepissime autem obviam se dat encliticum *κῃ* significans „fere": I, 98 *ταῦτά κῃ λέγοντες*; V, 13. 23. 40; maxima autem ex parte in locutione *μάλιστά κῃ*: I, 76.

98. 191. II, 34. 75. 96. 97. 130. 138. 148. 149. IV, 23. 86. 124; V, 83; VII, 30; VIII, 8. 31. 65; IX, 15.

Thucydides utitur enclitico *πῃ* „qualibet via ac ratione“: I, 49, 4 *εἴ πῃ πιέζοιντο.* II, 76, 4. 83, 5; III, 43, 3; IV, 11, 4. 69, 2. 125, 3; VI, 2, 1. 69, 1; VII, 36, 6. 78, 1; VIII, 89, 1.

Videamus iam, quomodo uterque scriptor usus sit huiusmodi adverbiis, in quibus inest vis demonstrativa. Uterque utitur forma *ταύτῃ* „ea via ac ratione“.

Thucyd. VI, 77, 2 *εἰδότες ὅτι ταύτῃ μόνον ἁλωτοί ἐσμεν.* I, 78, 4; II, 4, 3.

Saepius Herodotus: III, 73 *πάντες ταύτῃ αἴνεον.* I, 120. 158. 210; IV, 74; VI, 108; VII, 48. 142. 209; VIII, 140 *α*.

Contra significat *ταύτῃ* „ibi“ hisce locis Herodoteis: I, 82 *ἀπότομός τε γάρ ἐστι ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις.* I, 75. 110. 174. 191. 194. 214; II, 8. 14. 17. 26. 28. 29. 61. 99. 141. 149; III, 5. 77; IV, 32. 80. 84. 109. 140. 200. 203; V, 2. 15. 52. 103. 109. 113; VI, 16. 30. 95. 111; VII, 9 *β*. 39. 42. 44. 112. 121. 124. 131. 176. 177. 198. 208. 212; VIII, 12. 30. 31. 33. 35. 96; IX, 17. 62. 96.

Nonnunquam Herodotus adverbium *ταύτῃ* coniungit cum *αὐτοῦ*, quae cumulatio apud Thucydidem nusquam occurrit. Huc pertinent: I, 214; III, 80. 84; V, 113; VI, 16. 30; VII, 42. 228. — Similiter sed rarius usurpat *αὐτοῦ τῇδε*: V, 19; VII, 141; IX, 11.

Loci Thucydidei, ubi *ταύτῃ* significat „ibi“, hi sunt:

I, 5, 3. 47, 3. 49, 6; II, 15, 4. 15, 6. 76, 2. 80, 3. 91; III, 93, 2. 94, 3. 102, 5. 108; IV, 9, 2. 35, 2. 96, 3. 115, 3. 130, 3; V, 72, 4. 73; VI, 101. 104, 2; VII, 1, 4. 4, 3; VIII, 3. 8, 4. 24, 3. 79, 2. 94, 2. 101, 3.

Differentia autem est, quod apud Herodotum praeter significationem „ibi“ nonnunquam occurrit in *ταύτῃ* vis „eo“: VIII, 7 *ταύτῃ ἀπικόμενοι.* VIII, 35 *ταύτῃ ἐτράποντο.* IX, 67. 94. 100. 120.

Uterque habet adverbium *τῇδε*, soli autem Herodoto id nonnunquam idem valet atque „ita, ea ratione“: I, 68 *τῇδε συμβαλλόμενος* „ita coniciens“. II, 104 *εἴκασα τῇδε.* III, 68; IV, 132. 161; V, 30; VII, 49. VIII, 34. 94. — Subiecta est huic voculae vis „ibi“: II, 8 *τῇ μὲν . . . . τῇ δέ.* II, 26. 138; VII, *10 θ*. 198; IX, 48.

Apud Thucydidem formulae *τῇδε* et *τῇ μὲν . . . τῇ δέ* nullum nisi sensum localem praebent: VI, 21, 2 *τοῖς τῇδε ὑπηκόοις*. V, 73, 1 *τῇ μὲν κυκλουμένους — τῇ δὲ ἡσσημένους*. IV, 86; VI, 66, 1.

Semel habet Herodotus *ἐκείνῃ* „illic“ VIII, 106 *ἦν — οἰκέῃ ἐκείνῃ*, quater noster Atticus: III, 88, 3 *οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι*. 109, 2; IV, 7. 77, 2.

Transeundum est ad nonnulla alia adverbia in *η* cadentia. Quo in numero est *ἄλλῃ*, qua in voce usurpanda scriptores inter se differunt.

Ac primum quidem Thucydides multo parcius ponit hoc vocabulum neque nisi significans „alia via vel alibi“: II, 4, 4 *ἄλλοι δὲ ἄλλῃ τῆς πόλεως σποραδὴν ἀπώλλυντο*. II, 76, 4 *ἄλλῃ τοῦ τείχους*. VI, 96, 2; VII, 32, 1; aut „alio“: I, 109, 4 *παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ*. VIII, 64, 1 *ἄλλους ἄλλῃ διέπεμπον*. VII, 71, 6.

Herodotus contra saepius hoc vocabulo utens addidit ei haud raro articulum, quod fit, ubi *ἄλλῃ* significat „alibi“ hisce locis: II, 36 *οἱ ἱερέες τῶν θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρῶνται*. II, 63; IV, 28. 192; tum ubi significat „alio“: I, 1 *τῇ τε ἄλλῃ ἐσαπικνέεσθαι καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος*. III, 61 *κήρυκας τῇ τε ἄλλῃ διέπεμπε καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον*. II, 116. VII, 32. — Deest autem articulus, ubi *ἄλλῃ* significat „alibi“: II, 79 *ἐν Κύπρῳ καὶ ἄλλῃ*. III, 109; II, 116; ubi significat „alio“: I, 46 *διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ*. I, 67; III, 68; IV, 114; VI, 48; VII, 25. — Unus invenitur locus, ubi *τῇ τε ἄλλῃ* idem valet atque „alia de causa“, VI, 21 *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσι τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα*.

Frustra quaeritur apud Thucydidem vocabulum *πάντῃ*, quod Herodotus offert significans „ex omni parte“, „ubique“: I, 181 *καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐόν, δύο σταδίων πάντῃ* (in quadratum) *ἐὸν τετράγωνον*. id. 126. 138; tum „ubique“: II, 168; IV, 101. 184. 195; IX, 18. 27.

Eodem fere sensu occurrit *πανταχῇ*: V, 52 *σταθμοί τε πανταχῇ εἰσι*. II, 124; VII, 106; VIII, 133; paulo aliter III, 38 „omnino“ *πανταχῇ ὦν μοι δῆλά ἐστι ὅτι ἐμάνη μεγάλως*. V, 78.

Apud Thucydidem inest in *πανταχῇ* solus sensus localis: I, 49, 4 *πανταχῇ πολὺς θόρυβος*. I, 54. 93, 2; III, 68, 3; VI, 75; VII, 79, 5.

Soli Herodoto vindicandum est *ἐνιαχῇ* „nonnullis in locis", „passim": I, 199 *ἐνιαχῇ δὲ καὶ τῆς Κύπρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος*. II, 18.

Et ex usu Herodoteo et Thucydideo significat *πολλαχῇ* „multis ex partibus" et „multis modis", „saepe": Herod. I, 42 *πολλαχῇ τε ἂν ἴσχον ἐμεωυτόν*. VI, 21, 105. — Thucyd. VII, 43, 1 *πολλαχῇ προσβάλλοντες*. VIII, 87 *πολλαχῇ εἰκάζεται*.

Desideratur apud Thucydidem *οὐδαμῇ*, quam vocem praebet Herodotus significantem „nusquam": II, 43 *οὐδαμῇ Αἰγύπτου*. III, 117; locis autem I, 24 *Ἀρίονα μὲν ἐν φυλακῇ ἔχειν οὐδαμῇ μετιέντα*, deinde c. 34 *οὐδαμῇ ἔτι ἐπὶ τοιοῦτο πρῆγμα ἐξέπεμπε* et c. 56 *οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε* dubitari potest, utrum vertendum sit „omnino non" an „nullum in locum".

Bis legitur apud Herodotum vox *ἀμφοτέρῃ* „utrimque": I, 75 *ὁ ποταμὸς ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο*. VII, 10 β *οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε* „utraque igitur ex parte ei non successit", cum paulo ante dictum sit *κατ' ἀμφότερα*, quam locutionem et praeterea *ἐπ' ἀμφότερα* saepius habet Thucydides.

Commune habet uterque adverbium *πεζῇ* „pedestri aut terrestri itinere":

Herod. II, 159; V, 78. 108. 112; VI, 16; VII, 40. 110. 115. 128. 177; VIII, 130. 136.

Thucyd. I, 26, 2. 109, 4. 137. 143, 4; II, 93, 2; III, 3, 5. 25. 91, 3; IV, 24, 4. 75, 2. 113, 2. 132, 2; VI, 94, 2; VII, 60, 2; VIII, 23, 4. 28, 5. 32, 2. 61. 62. 79. 108, 4.

Saepius Herodoto Thucydides habet *δημοσίᾳ* „publice", „publico decreto vel sumptu": Her. I, 30 *δημοσίῃ τε ἔθαψαν*. III, 55. 79. 131. — Thuc. I, 128, 3; II, 34. 35. 46. 65, 2; III, 45, 3. 58, 4; IV, 121. V, 11. 67, 2; VI, 15, 4. 27, 2.

Similiter, sed multo frequentius Herodoto vocem *κοινῇ* usurpat Thucydides. — Herod. I, 148. 151. 166; II, 148. 178; III, 71; IV, 180; V, 16; VII, 169; VIII, 122. — Thucyd. I, 3. 10, 4. 17, 2. 18, 2. 57, 3. 58. 87, 4. 124. 140; II, 43, 2. 68, 7; III, 28. 82, 6; IV, 61, 2. 68, 3. 88, 4. 123, 4; V, 4, 5. 32, 5. 35, 3. 42. 47, 7. 47, 12. 80; VI, 4, 3; VII, 5, 5. 18. 37, 4. 54, 4. *58, 7; V, 47, 11.*

Haud aliter se habet res in usu adverbii *ἰδίᾳ* „privatim", quod se obviam dat apud Herodotum I, 132; II, 120. 126; VII, 228, 1; multo saepius apud Thucydidem: I, 66. 68, 2. 91, 6. 95, 5. 119. 128, 3. 132, 2. 141, 3; II, 13. 43, 2. 44, 3. 65, 2. 67; III, 2, 3. 42, 2. 45, 3. 54, 5; IV, 86, 3. 121; V, 30, 2. 42, 2. 43, 3; VI, 12, 2. 13, 2. 15, 4. 36, 2. 46, 3; VII, 48, 4; VIII, 1, 2. 12, 2. 86, 5.

Quoniam attuli quae apud utrumque scriptorem occurrunt adverbia elliptica in *η* cadentia, licet transire ad ea, quae pendent ex praepositione et in *ης* exeunt. Sunt haecce:

Her. I, 60 *οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον αὖτις ἐκ νέης* (denuo). V, 116 *Κύπριοι μὲν δὴ ἐνιαυτὸν ἐλεύθεροι γινόμενοι αὖτις ἐκ νέης κατεδεδούλωντο.* — Pro hac formula Thucydides semel habet *ἐκ καινῆς*, III, 92, 6 *ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς.*

Soli Herodoto vindicanda est locutio *ἐξ ὑστέρης* „in posterum": I, 108 *μηδὲ ἐξ ὑστέρης σοι αὐτῷ περιπέσῃς* „ne postea per te ipsum sive tuis ipsius artibus cadas". V, 106 *ὅρα μὴ ἐξ ὑστέρης σεωυτὸν ἐν αἰτίῃ σχῇς.* VI, 85. Quis autem est, qui cum Schweighaeusero in hac formula Graecos de subintellegenda voce *ἀρχῆς* cogitasse censeat?

Nunquam legitur apud Thucydidem *ἐκ τῆς ἰθέης* „ex aperto, e vestigio". Her. II, 161 *οἱ φίλοι ἀπέστησαν ἐκ τῆς ἰθέης.* III, 127 *ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθέης στρατὸν ἐπ᾽ αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν.* IX, 37. 57. Quod legitur I, 180 *τὰς ὁδοὺς ἰθέας* et II, 17 *ἡ δὲ ἰθέα τῶν ὁδῶν*, non cum Abichtio pro certo habendum est in *ἐκ τῆς ἰθέης* Graecos etiam mente supplevisse *ὁδοῦ*. Steinius cogitat de *τέχνης.*

Paulo maiorem probabilitatem habere mihi videtur in formula *ἀπὸ (ἐπὶ) τῆς ἴσης* similibusque principio cogitandum esse de substantivo *μοῖρα*. Apud Herodotum inveniuntur: I, 74 *διαφέρουσι δὲ ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον* (aequo Marte). VII, 50 *τοῦτο μὲν νῦν ἐπ᾽ ἴσης ἔχει.* IX, 7 *συμμάχους ποιήσασθαι ἐπ᾽ ἴσῃ καὶ ὁμοίῃ.* — Apud Thucydidem: I, 15, 2 *ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο.* II, 40, 7 *τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ*; deinde paulo aliter IV, 105, 2 *ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας μετέχοντα μένειν*; tum I, 27, 1 *ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι.* I, 145. V, 15, 2 *ἐπὶ τῇ ἴσῃ καταλύεσθαι.*

Semel invenitur apud Herodotum *ἐκ τῆς ἀντίης* VIII, 6 *ἐκ μὲν τῆς ἀντίης προσπλώσειν*, bis autem *ἐξ ἐναντίης* VIII, 7 *ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίης* „ex adverso", VII, 225; ter apud Thucydidem: IV, 33, 1 *ἐξ ἐναντίης καθειστήκησαν*. IV, 35, 3. VII, 44, 4.

Unicum est illud Thucydideum IV, 126, 5 *ἡ διὰ κενῆς ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς*, quocum bene comparat Classenus illud Livianum VII, 10, 8 armorum agitatio vana.

Non occurrunt apud Herodotum, quae exstant apud Thucydidem I, 77, 3 *ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον*. VII, 43, 5 *ἀπὸ τῆς πρώτης τὸ παρατείχισμα — ᾕρουν*. I, 14, 3 *καὶ αὗται (αἱ νῆες) οὔπω εἶχον διὰ πάσης* (omnino, semper) *καταστρώματα*.

Reliquum est, ut addam paucas locutiones, in quibus locum habet accusativus ellipticus; formula eiusmodi est apud Thucydidem *κατὰ μόνας* „per se ipsos": I, 32, 5 *τὴν γενομένην ναυμαχίαν αὐτοὶ κατὰ μόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους*. 37, 4 *ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι*.

De vocabulo *ὁδός* supplendo principio haud scio an cogitandum sit in locis Thuc. III, 13, 2 *δοκεῖ μακρὰν ἀπεῖναι ἡ Λέσβος*. 55 *ὑμῶν μακρὰν ἀποικούντων*. Comparativus legitur VI, 98, 3 *ἀποσκίδνασθαι μακροτέραν*.

Sensus longe alius intellegitur apud Herodotum in formula *ἐς μακρήν*: V, 108 *Ἴωνες δὲ οὐκ εἰς μακρὴν* (celeriter) *βουλευσάμενοι ἧκον πολλῷ στόλῳ*. II, 121 α *τοὺς δὲ παῖδας αὐτοῦ οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔχεσθαι*.

Singularis est locutio Herodotea *τὴν πρώτην* sequente semel infinitivo, qui abundat I, 153 *τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην* (für's erste) *εἶναι*. III, 134 *ὅρα νυν, ἐπὶ Σκύθας μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον*.

Nunquam legis apud Thucydidem tritissimum illud Herodoteum *τὴν ταχίστην*. Ac primum quidem habes locos, ubi *τὴν ταχίστην* coniunctum est cum verbis eundi vel mittendi, ut *κομίζεσθαι, πέμπειν, ἐλθεῖν, πορεύεσθαι, ἐλαύνειν, ἄγειν, ἐπείγεσθαι*: I, 73. 81. 119. 209; II, 114; III, 105. 129; IV, 125. 131. 133. 135. 136; VI, 7; VII, 192; VIII, 114; IX, 11. 66. 89. Sequantur loci, ubi *τὴν ταχίστην* aliis verbis additum

idem valet atque *ως τάχιστα*: I, 24. 86. 111. 126; II, 121 β. 162; III, 64; VII, 48; VIII, 98; IX, 41.

Neque dubium esse nobis debet, quin ad ellipsin verbi *ὁδόν* referendum sit, quod legitur Her. VII, 193 *ἰθέαν ἔπλωον ἐς τὸν κόλπον*.

Accedamus iam ad tales locutiones ellipticas, in quibus certum vocabulum omissum esse negari non potest.

Spectat huc omissa vox *χείρ,* quam Thucydides semper omisit: I, 24 *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον*. II, 19, 2 *ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ Αἰγάλεων ὄρος*. II, 81, 3 *ἐκ δεξιᾶς αὐτῶν*. II, 98, 2; III, 95, 1. 106; V, 71; VII, 1, 1; similiter *ἐν ἀριστερᾷ*: II, 81, 3. 98, 2. 100, 4; III, 106; IV, 62, 2; VIII, 101.

Apud Herodotum elliptice occurrit *ἐν δεξιῇ*: I, 72. 104; IV, 12; VII, 58. 217; VIII, 35; deinde *ἐς δεξιήν*: IV, 55; VII, 31. Habemus *ἐν ἀρεστερῇ* VII, 42. 58. 217. Memorabile autem est Herodotum contra usum Thucydideum saepius plena locutione usum esse: I, 75 *ποιῆσαι τὸν ποταμὸν ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα καὶ ἐκ δεξιῆς ῥέειν*. VII, 112. II, 30 *οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλέι*. II, 169; IV, 34; V, 77; VII, 42 *τὴν Ἴδην δὲ λαβὼν ἐς ἀριστερὴν χεῖρα ἤιε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν*. 115. Tum VII, 110 *τὰς πόλιας ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέργων*.

Non casu factum existimo, ut scriptor eis locis, ubi *χείρ* propria vi corporis partem significat, ellipsin repudiaret: II, 106 *ἀνὴρ τῇ μὲν δεξιῇ χειρὶ ἔχων αἰχμήν, τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξα*. IV, 64 *ἀνδρῶν ἐχθρῶν τὰς δεξιὰς χεῖρας ἀποδείραντες*. IV, 71 *διὰ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς οἰστοὺς διαβυνέονται*. IX, 55 *ὁ Ἀμομφάρετος λαμβάνει πέτρον ἀμφοτέρῃσι τῇσι χερσί*.

Operae autem pretium videtur afferre locum Theocriteum XX, 96, ubi ellipsis, quamquam de voce *χεῖρ* ut corporis parte dicitur, statuenda est: *ἦ τοι ὅ γ' ἔνθα καὶ ἔνθα παριστάμενος Διὸς υἱὸς ἀμφοτέρῃσι ἄμυσσεν ἀμοίβαδις*. Uberior fons inest in Homero: Od. X, 264. XI, 594. XVII, 356. XVIII, 28; Il. V, 416.

De ellipsi vocis *ἡμέρα* haec dicenda sunt:

Thucydides semper unde ponit adiectiva *ὑστεραῖος* et *προτεραῖος*: I, 52 *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ*; II, 22, 2. 82; III, 36, 4. 73.

79, 3. 91, 5. 109. 113; IV, 13, 3. 25, 8. 31. 38, 4. 45, 2. 69, 3. 96, 9. 115, 2. 130; V, 66; VI, 7, 2. 50, 4. 67. 71. 97, 5. 99. 101; VII, 3, 4. 35, 2. 38, 2. 39. 45. 52. 78, 1, 4, 6. 79, 5. 83; VIII, 11, 2. 23, 2. 28. 35, 4. 79, 5. 93. Commemorandum autem videtur nonnunquam, ut IV, 25, 8; VII, 52, vocem *ἡμέρα* proxime antecedere. Semel legitur *τῇ προτεραίᾳ* I, 54, 2. Contra in forma *προτέρᾳ* adest *ἡμέρα* V, 75, 4, deest VII, 51, 2.

Herodotus, uno loco VIII, 22, ubi adest *ἡμέρα*, excepto, ut Thucydides elliptice dicit *τῇ ὑστεραίῃ*: I, 77. 133; II, 141; VII, 119; IX, 15; eodem modo *ἐς τὴν ὑστεραίην*: I, 126; IV, 113; VIII, 70. Omittitur deinde, ut est usus Thucydideus, semper in forma *προτεραῖος*: I, 84; II, 63; VII, 212; IX, 9, additur autem semper in forma *πρότερος*, ubi Thucydides semel omittit, semel ponit: I, 126; IX, 37. In forma *δεύτερος* vitat Herodotus ellipsin: I, 82; IV, 75; VII, 31; VIII, 54. 55; IX, 33. 84, cum apud Thucydidem omnino semel *δευτέρᾳ ἡμέρᾳ* exstet I, 108, 2. Semel invenitur apud solum Herodotum III, 151 *τῇ ὑστάτῃ τῆς ἑορτῆς*.

In significandis certis alicuius mensis diebus regnasse apud Graecos ellipsin constat; apud Herodotum et Thucydidem pauca modo id genus exempla inveniuntur: Her. VI, 106 *ἦν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη*. Thuc. IV, 119, 1 *ὤμοσαν μηνὸς Γεραστίου δωδεκάτῃ*. V, 19, 1 *Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος* et *Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος*.

Quibus ex exemplis vocis *ἡμέρα* omissae apparet utrumque scriptorem, locis Her. VI, 106 *τοῦ μηνὸς εἰνάτη*, deinde Thuc. IV, 119, 1; V, 19, 1 exceptis, semper in adiectivis numeralibus, quae saepissime occurrunt, ut *τρίτος, τέταρτος, δέκατος* aliisque ellipsin repudiasse, non minus quam in talibus adiectivis, quales sunt *ἕκαστος, πᾶς, κύριος, προειρημένος, ἐκεῖνος, αὐτός*. Quae cum ita sint, facile intellegitur usum in ellipsi plurimum valere.

Ubi legitur apud Herodotum *τὴν δεκάτην*, ellipsis statuenda est vocis *μοῖραν*: II, 135 *τὴν δεκάτην τῶν χρημάτων*. III, 57 *ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γιγνομένων χρημάτων*. IV, 152 *τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδίων*. V, 77 *τῶν λύτρων τὴν δεκάτην*. IX, 81 *συμφορήσαντες δὲ τὰ χρήματα καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ*.

Similiter Thucydides dicit (τὴν) εἰκοστήν: VI, 54, 5 εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων. VII, 28, 4 τὴν εἰκοστὴν — ἀντὶ τοῦ φόρου — ἐποίησαν.

Ellipsis vocabuli γῆ vel χώρα statuenda est in nonnullis vocibus, quae prorsus in substantivorum vim et statum transierunt. Eiusmodi sunt praeter notissimam πατρίς, ἡ οἰκεομένη, quod vocabulum elliptice usurpatum non invenitur apud Thucydidem. Her. II, 17 τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην. II, 32. 34; III, 106; IV, 110; V, 32. Semel occurrit apud Herodotum ἡ οἰκηίη I, 64, saepius apud Thucydidem ἡ οἰκεία: II, 43, 3; IV, 92, 3; VI, 31, 6. 63, 3. 69, 4. Deest quoque Herodoto ἡ πολεμία, quod vocabulum Thucydides praebet I, 142, 3; II, 11, 5; V, 64, 4; VII, 75, 4. 80, 3; VIII, 27, 4. 102, 1. Semel apud Herodotum legitur ἡ ἀλλοτρίη VIII, 73, saepius apud Thucydidem: IV, 85, 4. 95, 2; V, 16, 2; VI, 21, 2. 33, 5. 63, 3. 69, 3. Uterque habet ἡ παραλία: Her. V, 81, Thuc. II, 56. Propria sunt Herodoto ἡ ἔρημος III, 100; IV, 17. 18. 124. 125. 181, deinde ἡ περαίη VIII, 44, ἡ ὑπωρέη sive ἡ ὑπώρεια VII, 199; I, 110; IV, 23; IX, 19. 25. 56. 69. Porro ἡ ἄνυδρος III, 4. 9. 11, ἡ ἀμφίρρυτος IV, 163. Thucydidi soli vindicanda sunt ἡ παραθαλάσσιος IV, 56, 1 et ἡ ὅμορος IV, 92.

Iam licet afferre ea exempla, in quibus χώρα vel γῆ omitti saepissime solet ita, ut omissum vocabulum spectet ad adiectivum possessivum. Commemorandum autem est, nonnunquam etiam de voce πόλις cogitari posse prout conexus fert. Talia sunt apud Herodotum: I, 206 ἐς τὴν ἡμετέρην. III, 36; IV, 8 β. 9 α. 11. 52. 129; VIII, 144; IX, 7. 27. Apud Thucydidem: III, 58, 4 ἐν τῇ ἡμετέρᾳ. IV, 92, 2 περὶ τῆς σφετέρας. V, 111, 4; VI, 21, 2. 31. 84, 2; VI, 78, 1 τῆς ἐμῆς.

Nonnunquam pertinet omissa vox ad articulum coniunctum cum genetivo possessivo:

Her. I, 82 ἐς τὴν ἑαυτοῦ. Similia I, 169. 207; II, 113; III, 126. 137; IV, 11. 95. 163; V, 30. 74. 90; VI, 5. 16. 41. 104. 107; VIII, 3. 41. 46. 70. 73. 108. 124. 130. Loco IV, 30 habes ἐν τῇ τῶν πέλας.

Loci Thucydidei sunt: I, 2, 1 τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες. 44, 1 τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. II, 11, 18 τὴν τῶν πέλας δῃοῦν. Alia I, 13, 5. 15, 2. 142, 4. 143, 2; II, 20, 4. 92, 4; III, 106.

114, 3; IV, 1, 3. 25, 3. 57. 4. 61. 61, 7. 78, 2. 93, 3. 92, 7. 95, 2. 97, 3. 132, 2; IV, 124, 2, ubi exstat *ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀρριβαίου*. Porro V, 26, 5. 27, 2. 47, 7. 56, 2. 57, 2. 59, 2. 67, 2; VI, 7, 1. 7, 3. 35, 5. 50, 4. 76, 4; VII, 32, 1; VIII, 6, 1. 11, 3. 46, 3.

Semel observavi apud Thucydidem ellipsin vocabuli *οἶκος* VIII, 94, 1 *ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία*. Plura apud Herodotum: I, 35 *ἐν Κροίσου*, 92 *ἐς τοῦ Ἀμφιαρέω*. VIII, 134. I, 111 *ἐν Ἁρπάγου*. 113 *ἐς τοῦ Ἁρπάγου*. 119. 182 *ἐν τῷ τοῦ Διός*. 133 *ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν βουλεύωνται*. IV, 5 *κομίσαι ἐς ἑαυτοῦ*. 76. VI, 69. IX, 57.

Hic praeter unicum locum Thucydideum II, 99, 6 *τῶν Μακεδόνων πολλήν* addendi mihi videntur nonnulli singulares ex Herodoto petiti: II, 18 *φὰς Αἴγυπτον εἶναι ταύτην, τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει*. V, 95 *νέμεσθαι ἑκατέρους, τὴν ἔχουσι*. II, 149 *ἄνυδρος γὰρ δεινῶς ἐστι ἡ ταύτῃ*. VI, 133 *ἀπικόμεμενος ἐς τὴν ἔπλεε*. Similiter Thuc. III, 13, 5 *οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἔσται ὁ πόλεμος ὥς τις οἴεται, ἀλλὰ δι' ἣν (χώραν) ἡ Ἀττικὴ ὠφελεῖται*. Porro Her. VII, 55 *ἐς τὴν ἐπεναντίον*. 34. VII, 108 *ἡ μέχρι Θεσσαλίης πᾶσα*. IX, 11 *στρατευσόμεθα ἐπ' ἣν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται*.

Rara ellipsis, ut Classenus bene monet, occurrit Thuc. V, 18, 7 *ἄλλοθί που, ὅσης Ἀθηναῖοι ἄρχουσι* et paulo post *ἄλλοθί που, ἧς Ἀθηναῖοι ἄρχουσι*, quo cum loco comparare non dubito Her. II, 5 *τὰ κατύπερθε τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον*.

Restat ut afferam duos locos ita comparatos, ut admirationem moveant. Inesse enim anomaliam et audaciam satis nobilem in locutione *ἐν ἡμετέρου*, quae se offert Her. I, 35 *μένων ἐν ἡμετέρου* et VII, 8 δ *δώσω δῶρα τὰ τιμιώτατα νομίζεται εἶναι ἐν ἡμετέρου*, nemo negabit. De coniectura autem *ἐν ἡμετέρῳ*, quamvis facilis sit, non cogitandum est, quod similis locus, qui exstat in hymno in Hermam v. 370 *ἦλθεν ἐς ἡμετέρου διζήμενος εἰλίποδας βοῦς*, rem firmare videtur, cum in Odyssea II, 55 *ἐς ἡμέτερον* inveniamus, *οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα*. —

Multa nomina propria, ut *ἡ Ἑλλάς, ἡ Ἀττική, ἡ Περσική*, ex adiectivis omissa voce *γῆ* vel *χώρα* substantivorum vim accepisse notum est. Sed cum longum sit maximam talium nomi-

num copiam afferre, praesertim cum ex indice a Steinio editioni criticae addito plurima facile cognoscas, satis habeo commemorare, utrumque scriptorem pro suo arbitrio omisisse et posuisse vocem *γῇ* vel *χώρα*, differre autem Herodotum a Thucydide eo, quod ille hoc saepius plene dixerit. Semper dicit Thucydides *ἡ Ἑλλάς*; Herodotus duobus locis exceptis, ubi adiectum est *γῆ* VII, 135, I, 152, centies vicies quinquies item ellipsin adhibet.

Ellipsis vocis *πόλις* sine dubio statui debet: Her. I, 1 *τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ (πόλεων)*. I, 145 *Αἰγαὶ, ἐν τῇ (πόλι) Κρᾶθις ποταμὸς ἀείναός ἐστι.* VI, 33 *εἰσὶ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἵδε (πόλιες) τοῦ Ἑλλησπόντου.* Apud Thucydidem occurrit I, 18, 1 *ἡ Λακεδαίμων ἐπὶ πλεῖστον, ὧν (πόλεων) ἴσμεν χρόνον στασιάσασα ὅμως ηὐνομήθη.*

Transeo nunc ad reliqua vocabula, in quibus nemo amplius de omissione alicuius vocabuli cogitarit. Sed in unaquaque omnes locos afferre inutile est.

Apud solum Herodotum eiusmodi sunt:

ἡ ὠμοβοέη (δορά) IV, 65; VII, 91. *ἡ παρδαλέη (δορά)* VI, 69; ibd. *ἡ λεοντέη.* *ἡ ἀλωπηκέη* VI, 75. *ἡ ἀνθρωπηίη (δορά)* V, 25.

ἡ ἁμάξιτος (ὁδός) VII, 176. 200. *ἡ σύντομος (ὁδός)* V, 17.

ἡ στρατηγίς (νηῦς) VIII, 92. 94. *ἡ τριηκόντορος* IV, 148. 153. 156.

ἡ πολύφημος (ἀγορά) V, 79.

ὁ ἐμβόλιμος (μήν) II, 4.

ἡ ναυτική (τέχνη) VIII, 1. *ἡ ἰητρική* II, 84.

ἡ γυναικηίη (οἰκίη) V, 20.

ἡ ἱκητερίη (ῥάβδος) V, 51; VII, 141.

ἡ Ὀλυμπιάς (νίκη) VI, 70. 103. 125. IX, 35.

ἡ Πυλαίη (ἐκκλησία) VII, 213.

ἡ θερείη (ὥρη) I, 189. *ἡ χειμερίνη* I, 202; II, 24. — *ἡ ἑξάμηνος* IV, 25.

τὸ Καθάρσιον (ἱρόν) I, 35.

τὰ ὑποβολιμαῖα καὶ μοιχίδια (τέκνα) I, 137. *τὰ δίδυμα (τέκνα)* VI, 52. — *τὰ ἐννεάμηνα* VI, 69.

τὰ ἔντομα (σφάγια) II, 119; VII, 191.

τὰ ἐπιμήνια (θύματα) VIII, 41.

Apud utrumque occurunt haec:

ἡ ἄτραπος (ὁδός) Her. VII, 175. 212. 213. 214. 215. 217. Thuc. IV, 36, 3. 129, 4.

ἡ μαντική (τέχνη) Her. IX, 94. Thuc. V, 103, 2. ἡ μουσική Her. III, 131. Thuc. V, 104.

ἡ πεντητερίς (ἑορτή) Her. VI, 87. Thuc. III, 104, 2.

ἡ ἀξίη (μοῖρα, χάρις, δίκη, δόσις) Her. IV, 196. 201; VII, 39; I, 100. Thuc. VII, 77, 1. 3; VI, 68, 4.

ἡ ὁλκάς (ναῦς) Her. III, 135. Thuc. I, 137, 2. ἡ πεντηκόντορος (ναῦς) Her. I, 152. Thuc. I, 14. ἡ τριήρης (ναῦς) Her. III, 4. Thuc. I, 13, 2. — Unus Thucydides per ellipsin dicit αἱ ἱππαγωγοί (νῆες) VI, 43, 1.

Apud Thucydidem huc pertinent: III, 107, 1 ὁ Ἀμπρακτικός (πόντος); deinde ὁ Ἰόνιος VI, 30. 34, 4. 104, 1; VII, 33, 3, qua in re commemorandum videtur, ceteris locis, ubi de mari Ionico dicitur, aliisque in nominibus propriis, ut ὁ Ἀράβιος κόλπος, semper ab utroque scriptore ellipsin vocis κόλπος reiectam esse. — Semel exstat apud Herodotum VI, 95 τὸ Ἰκάριον (πέλαγος).

Perinde atque in multis substantivis, quae per ellipsin ex adiectivis in substantivorum vim multo usu transierunt, nemo de supplemento cogitavit, ita etiam in verbis nonnullis transitivis factum est, ut obiecto omisso nemo quidquam desideraret. Quorum verborum nonnulla spectant ad rem navalem et bellicam.

Ex altero genere est apud Herodotum verbum προσέχειν (νέας) „naves appellere“: I, 2; III, 48. 50. 136; IV, 42. 76. 145. 147; V, 63; VI, 33. 99. 119. Necnon fit ut ponatur vox νέας, sed semel IX, 99. Thucydides autem bis tantum vocabulum habet, IV, 30, 2; VIII, 64, 1, idque elliptice.

In verbo κατασχεῖν Herodotus ponit et omittit obiectum νέας. Adest VI, 101; VII, 59; VIII, 40. 42, deest VII, 188; VIII, 41, cum Thucydides semper ellipsi utatur: IV, 57, 3; VI, 23, 2; VII, 33, 4; VIII, 23, 3; praeterea autem dicit κατίσχειν ναυσί IV, 54, 1 et αἱ νῆες κατίσχουσι IV, 42, 3; VII, 70.

Ad simplex σχεῖν dicendum est apud Thucydidem nusquam obiectum addi, dicit aut elliptice: IV, 11, 4. 42, 2. 129, 3; VI, 97, 1; II, 23, 3. 33, 3; III, 29, 1. 33, 1. 34. 91, 3; V, 2, 2; VI, 62, 2. 97. 105, 2; VII, 1, 2. 26, 2, aut rarissime αἱ νῆες vel

τριήρεις ἔσχον I, 110, 4; IV, 25, 10, semel ἴσχειν ναυσί IV, 129, 3. Contra Herodotus cum obiecto εἶχον τὰς νέας VI, 95; V, 33 et αἱ νέες ἔσχον VI, 92, semel elliptice VIII, 40.

Verba ἀνάγειν, κατάγειν saepissime apud utrumque et elliptice et plene usurpantur, nonnunquam autem occurrunt ἀνάγεσθαι, κατάγεσθαι (ναυσί).

Solus Thucydides utitur elliptice προσβάλλειν VI, 6, 5. 34, 5. 44, 2; VIII, 12. 14. 33, 2; praeterea αἱ νῆες προσέβαλον VIII, 39, 3. 43. 44, 2. 101, 2.

Memorabilis deinde apud Herodotum est ellipsis obiecti πλοῦν in verbo ἐξανύειν: VI, 139 ἐπεὰν ἐξανύσῃ ἐκ τῆς ὑμετέρης ἐς τὴν ἡμετέρην; id. VII, 183; deinde VI, 140 νηὶ κατανύσας ἐξ Ἐλαιοῦντος — ἐς Λῆμνον. — Similiter se habent loci VII, 123 συντάμνων (ὁδόν) ἀπ᾽ Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρην et V, 41 τοῦ χρόνου συντάμνοντος.

Ad rem militarem pertinent tritissima illa verba ἄγειν, ἀπάγειν (sc. τὴν στρατιάν, τὸν στρατόν), quae verba ab utroque promiscue elliptice et plene adhibentur, quam rem exemplis comprobare longum est.

Differentia autem statuenda est inter usum, qui cognoscitur in adhibendo verbo ἐλαύνειν. Nusquam enim invenitur ἐλαύνειν aut ἀπελαύνειν, ἐξελαύνειν transitive cum obiecto στρατόν apud Thucydidem, cum Herodotus saepissime mixtim ellipsin vocabuli στρατόν vel στρατιήν adhibeat vel reiciat. Compositum ἐπελαύνειν semel Her. I, 164 cum obiecto occurrit, verbum ἐξελαύνειν apud Thucydidem uno loco VII, 27 ἐξελαυνόντων τῶν ἱππέων excepto significat „expellere“.

Recedit praeterea Herodotus ab Thucydide in verbo ἐςβάλλειν, quod nunquam cum obiecto στρατιάν offert Thucydides, cum alter praebeat I, 15. 17. 18. Maximam autem partem uterque dicit elliptice ἐσβάλλειν ἐς, saepe Thucydides ἐσβάλλειν τῷ στρατῷ, πανστρατιᾷ, raro Herodotus ἐσβάλλειν πανστρατιῇ. — Singularis est ellipsis in Thuc. l. II, 90, 3 ἐμβιβάσας (τοὺς στρατιώτας) ἔπλει.

Iam transibo ad alia. Trita est omissio obiecti λόγον vel λόγους in verbo ὑπολαμβάνειν „respondere, sermonem intercipere“: Thuc. II, 72. 113, 4; V, 49, 4. 85. Her. I, 11. 27; VII, 101; deinde paulo aliter VIII, 142 ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων

Ἀλέξανδρος, διαδεξάμενοι ἔλεγον — οἱ ἄγγελοι. Ubi adest *λόγον,* quod bis factum esse Herodotus I, 212; III, 146 docet, nihil significat nisi „verba accipere eo consilio ut exsequamur" vel, ut nos dicimus, „beherzigen".

Sine ulla exceptione apud Thucydidem omissum cernitur obiectum *βίον* vel *αἰῶνα* in verbo *τελευτᾶν,* quod plane in intransitivi verbi vim abiit. Saepissime Herodotus quoque omittit, nonnunquam autem ponit: I, 32 *τελευτήσαντα κακῶς τὸν αἰῶνα.* IX, 17 *τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα*; 27; tum I, 32 *εὖ τελευτῆσαι τὸν βίον* et *εὐχαρίστως*; deinde VIII, 100 *καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον.* II, 121 *α τελευτῆσαι τὸν βίον.* id. III, 64. 65. 73; VII, 154.

Notissima est omissio vocabuli *ὕδωρ* vel *ῥέεθρον* in eis verbis, quibus notantur fluminum in flumina vel in maria decursiones. Sed parcus in talibus Thucydides. Nam solum verbum *ἐξιέναι* ter praebet elliptice: I, 46, 4 *ἐξίησι — Ἀχερουσία λίμνη ἐς θάλασσαν*; II, 102, 2; IV, 103. Uberiorem fontem inesse in Herodoto docent verba huc pertinentia *ἐξιέναι, ἐσιέναι, ἐκδιδόναι, ἐσβάλλειν, συμμίσγειν.* Semper elliptice occurrit *ἐξιέναι*: I, 6. 180; II, 10. 17; VI, 20; VII, 124. Semel habet obiectum *ὕδωρ* verbum *ἐσιέναι.* In ellipsi semper versantem scriptorem vides, ubi verbo *ἐκδιδόναι* utitur; loci sunt I, 80. 189; II, 22. 34. 150; III, 115. 117; IV, 37. 44. 48. 49. 52—57. 85. 86. 90. 99. 100. 123. 175. 178. 198. 200; V, 101; VI, 76; VII, 26. 30. 198. 200. Similiter dicitur de nive liquescente in Istrum flumen labente IV, 50 *ἡ χιὼν τηκομένη ἐσδιδοῖ ἐς τὸν Ἴστρον.* In verbo *ἐσβάλλειν* praevalet ellipsis; cum enim sexies I, 75. 191; IV, 48. 49; VII, 30. 129 desideretur obiectum, unus locus I, 179 *ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον* plenus est. Verbum *συμμίσγειν* pro obiecto habet VII, 127 *ὕδωρ,* IX, 51 *ῥέεθρα,* verbum *προσσυμμίσγειν* VII, 129 *τὸ ὕδωρ.*

Propria deinde Herodoto est ellipsis vocabuli *βασιληίη* vel *ἀρχή* in verbis *ἐκδέκεσθαι* et *παραλαμβάνειν*: I, 16 *Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἐξεδέξατο Σαδυάττης.* I, 103 *Φραόρτου δὲ τελευτήσαντος ἐξεδέξατο Κυαξάρης.* II, 161. Praeter hos tres ellipticos locos plene habes: I, 7 *ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν.* *106;* II, 111. 112. 121. 127; VI, 71. Semel occurrit forma

παρεδέξατο τὴν ἀρχήν I, 102 et διεδέξατο τὴν βασιληίην IV, 161 et ἐνδεξαμένου τὴν ἀρχήν VIII, 44, ter locutio παραλαμβάνειν τὴν βασιληίην II, 1; III, 69; IV, 78, semel παραλαμβάνειν τὴν ἀρχήν IV, 147.

Ellipsin quoque inesse, si spectas originem, in locutione illa, quam Graeci usurpant de connubii iure, apparet ex pleno loco Her. II, 47 οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι οὐδεὶς θυγατέρα ἐθέλει οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτῶν, cum elliptice dictum sit V, 92 ἐκδίδοσαν καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων (τὰς θυγατέρας).

Pauca dicenda sunt de subiecti ellipsi. Exemplorum autem tritissimorum, in quibus pro subiecto vox generalis notionis ut τίς, τινές, ἄνθρωποι cogitanda est, quo pertinent λέγουσι, φασί, satis est mentionem fecisse. Utilius videtur ea exempla ex Herodoto afferre, ubi subiecto omisso verbum impersonaliter usurpatur. Desunt autem talia Thucydidi. Apud alterum exstat ὕειν, νίφειν, χιονίζειν, in quibus subiectum Ζεύς omittitur: II, 22 πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὕσαι; ibd. εἰ ἐχιόνιζε. IV, 50 ὕει τὸ θέρος; 185; IV, 151; tum IV, 28 οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδέν. Adest contra subiectum II, 13 εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεός. III, 11 τὸν μὲν γὰρ χειμῶνα ὕει σφι ὁ θεός. III, 125 ὑπὸ Διός, ὅκως ὕοι. Ceteris, qui exstant, locis ὕειν passive usurpatur ut I, 139 ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται. II, 25 ὑομένης τῆς χώρης. II, 13. 14. 22; III, 10; IV, 151. 198.

Cum Herodotus saepissime, oraculis allatis, nomen θεός vel ἡ Πυθίη addat, uno loco VI, 19 τοῖσι Μιλησίοισι ἔχρησε dei vaticinantis nomen omittit. Similiter dictum est VI, 158 φιλέει δέ κως προσσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. Pro subiecto vocabuli φιλέει cogitandum esse θεός docemur exeunte illo capite, ubi leguntur ταῦτα μέν σφι σημήια ὁ θεὸς προέδεξε.

Ex Xenophonte illud notissimum ἐσάλπιγξε desideratur, occurrit autem bis verbum σημαίνειν: Her. VIII, 11 τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε et paulo infra δεύτερα δὲ σημήναντος (τοῦ κήρυκος).

Ex Thucydide afferenda sunt duo tantum verba impersonaliter usurpata, in quibus principio θεός pro subiecto haud scio an cogitandum sit: IV, 52 ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο καὶ ἔσεισε. 103, 2 χειμὼν ἦν καὶ ὑπένιφεν.

Priusquam autem accedam ad ellipsin verborum finitorum, eos afferre ex solo Herodoto liceat mihi locos, ubi grammaticus ad articulum coniunctum cum adiectivo aut praepositione quadam de substantivo supplendo cogitare debet, quamquam popularibus locutio tam generalis et indefinita visa est, ut nihil subaudirent. Explicandum autem est hoc genus per figuram etymologicam, ita ut principio ad articulum substantivum subauditum esse putandum sit, quod aut verbi stirpem aut, radice diversa, similem sensum praebebat. Spectant huc talia quoque, qualia sunt *τρεῖς πλήσσεσθαι, πολύν τινα πίνειν,* in quibus cum paulatim obscure et indefinite dici coepta sint, ut plane similia in nostra lingua, non opus est de certis supplementis *πληγάς* vel *οἶνον* cogitare, quamquam, ut ellipsis explicetur, ad talia supplementa grammatico confugiendum est.

Exempla, quae pertinent ad articulum nudum, sunt: III, 119 *συλλαβὼν δέ σφεας ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ (δέσιν).* V, 72 *τοὺς δὲ ἄλλους Ἀθηναῖοι κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* IX, 37 *τὸν Σπαρτιῆται λαβόντες ἔδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ,* quo loco quamquam libri *τήν* omittunt, non dubito cum Abichtio, Nabero auctore[1]), propter locos modo allatos *τήν* restituere. Quapropter Kruegero *τόν* delenti et explicanti *ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ* „in vincula eum coniecerunt, ut eum interficerent" assentiri non possum. — VII, 62 *Μῆδοι δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι ἐστρατεύοντο.* VII, 84 *Πέρσαι μὲν τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι,* ubi nos de *στολή* vel *σκευή* cogitare debemus. I, 109 *ὁ Ἅρπαγος, ὡς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἤιε κλαίων ἐς τὰ οἰκία,* ubi de *κόσμησις* loci explicandi causa a grammatico cogitatur.

Aptum esse puto hic locum afferre IV, 119 *ἐκεῖνοι τὴν ὁμοίην ἀποδιδοῦσι,* ubi ratione habita figurae etymologicae de *δόσιν* vel *δωτίνην* cogitari potest, praesertim cum VI, 62 exstet *ὑποδέκεται δωτίνην δώσειν τῶν ἑαυτῶν πάντων ἕν, τὸ αὐτὸς ἐκεῖνος ἕληται, καὶ τὸν ἑταῖρον ἑωυτῷ ἐκέλευε ὡσαύτως τὴν ὁμοίην διδόναι.*

Elliptice deinde sunt: VI, 21 *Μιλησίοισι οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται.* IX, 78 *τῷ σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς*

---

[1]) Philol. XXI p. 100.

ἔπαινον ἕξεις. Neque vero crimini Steinio verti potest, quod *μοῖραν* vel *δίκην* proposuit, quae vocabula non minus bene in conexum quadrant.

Iam mihi accedendum est ad ellipsin verborum.

Ac primum quidem de ellipsi verbi *εἶναι* generaliter dicendum est, multo frequentius Herodoto Thucydidem copulam omisisse, quod maxime spectat ad orationes. Neque vero firma regula statui potest. Cum autem in dissertationis meae parte totam copiam absolvere non possim, satis habeo summatim complecti, quomodo uterque maxime cum altero conveniat et differat ab altero.

Uterque eundem in modum copulam *ἐστί* ponit et omittit in substantivis sequente infinitivo. Cuiusmodi sunt elliptice dicta apud Herodotum: *νόμος, θέμις, λόγος, ξυγγνώμη, ἀνάγκη, μωρίη, ἡδονή, ὥρη, θαῦμα, ὁσίη, ὄνειδος, καιρός* et participium *οἰκός*: I, 39. 112. 146; II, 22. 24. 35. 65. 93. 137; III, 5. 81. 85; IV, 110; V, 49. 52; VI, 58. 68; VII, 13. 17. 55. 75. 150. 160; VIII, 55. 68 *β*; IX, 26. 122.

Apud Thucydidem habes: *κόσμος, ἀνάγκη, κίνδυνος, ἔργον, κακότης, δειλία, ἀγών*; loci sunt: I, 10, 3. 10, 4. 32, 5. 33, 2. 33, 4. 40, 3. 71, 2. 73, 2. 77, 3. 81, 4. 121, 2. 144, 3; II, 10. 11, 8. 29, 3. 41, 5. 61, 1. 61, 4; III, 58, 3; IV, 16. 18, 3. 61, 5. 82, 3; V, 88, 1. 100. 101; VI, 18, 2; VII, 73, 1.

Operae pretium videtur commemorare, utrumque in voce *ξυγγνώμη* semper copulam omisisse: Her. I, 39. Thuc. I, 32, 5; IV, 61, 5; V, 88, 1.

Saepissime deest copula *ἐστί* in adiectivis generis neutrius sequente infinitivo:

Talia sunt apud Herodotum *αἰσχρόν, ἡδύ, δεινόν, κρέσσον, δίκαιον, ἄμεινον, θεμιτόν*: I, 108. 187. 207; II, 81; III, 40. 47. 80. 82; V, 72; VIII, 142; IV, 158; V, 3; VII, 10 *γ*. 50. 114; IX, 16. 26.

Maior est numerus apud Thucydidem. Spectat ellipsis voculae *ἐστί* ad adiectiva *δίκαιον, δεινόν, ἀναγκαῖον, ἄξιον, σῶφρον, καλόν, ἀνεπίφθονον, οἷόν τε, ῥᾴδιον, νόμιμον, πάτριον, ἀκίνδυνον, χαλεπόν, αἰσχρόν, δυνατόν, ἀδυνατόν, ἀνόητον, εὔλογον*. I, 32, 1. 35, 2. 35, 4. 37, 1. 38, 4. 42, 2. 75, 5. 80, 3. 81, 4. 82, 1. 82, 6. 85, 2. 122, 2. 123, 1. 124, 2.

142, 2; II, 11, 2. 35, 2. 36. 40, 1. 42. 61, 4. 72, 3. 87; III, 38, 3. 45, 7. 56, 5. 59, 3. 62, 4. 63, 4; VI, 11, 1. 41, 2. 76, 2. 78, 2. 83, 2. 84, 2. 89; VII, 12, 3.

Differt autem Herodotus a Thucydide eo, quod in formula *οἷόν τε εἶναι* ille semper ellipsin vitat multoque frequentius singulari *οἷόν τε ἐστι* pluralem *οἷά τε ἐστι* adhibet, cum Thucydides mixtim in solo singulari plene et elliptice dicat. Quinque sunt loci apud Herodotum, ubi singularis *οἷόν τε ἐστι* exstat: I, 91; II, 44; III, 23; IV, 46; VI, 130; pluralem *οἷά τε ἐστι* habes: I, 194; II, 29; III, 57; IV, 53. 152; V, 20. 49; VI, 31. 91. 109. 130; VII, 208; VIII, 133; IX, 80. Semel elliptice scriptor loquitur in constructione personali, quam plene frequentavit, VIII, 22 *εἰ δὲ μηδέτερον τούτων οἷόν τε γίνεσθαι.*

Parce versatur uterque in ellipsi copulae *ἐστί* in adiectivis verbalibus:

Tribus enim tantum locis apud Herodotum deest: VIII, 142 *Αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν.* VII, 185; IX, 60. Contra additur: I, 120 *ἡμῖν σέο καὶ τῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστί.* 191; III, 81; V, 39. 61. 127; VII, 8 *δ*. 16 *γ*. 168; VIII, 40. 101. 142.

Apud Thucydidem deest: V, 29, 2; VI, 18, 3. 90, 1; adest: I, 86, 3. 93, 4. 121, 5; II, 82, 2; III, 45, 4; *εἰσί* deest I, 142, 5 *τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί,* adest II, 35, 2.

Omittit Herodotus nonnunquam *ἐστί* vel *εἰσί* in sententiis relativis incipientibus per *ὡς, ὥσπερ, ὅσος,* ut: I, 14 *ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα (ἐστί).* IV, 34 *ὅσοι δὲ παῖδες (εἰσί).* IV, 31 *τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται — ὥσπερ καὶ οἰκός (ἐστί).* Alia eiusmodi sunt: I, 30. 105. 215; II, 4. 30. 171; III, 108. 139; IV, 34. 143; VI, 38. 45; VII, 95; IX, 51. 57. — Apud Thucydidem exstant: I, 16 *ὅσα (ἐστί) ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν.* III, 39 *οἵτινες μὴ δυνατοί (εἰσί).* Deinde: I, 4. 16. 35, 5. 91, 2. 97, 5. 141, 5; II, 21, 2; III, 104, 6; IV, 48, 5; VI, 2, 4; VII, 4; VIII, 2, 3. 70, 1. 88. 90, 2.

Nunquam omittit Herodotus in talibus sententiis relativis *ἦν* vel *ἦσαν,* quod facit Thucydides: II, 13, 4 *καὶ ὅσα (ἦν) ἱρά.* 96, 3 *καὶ ἄλλα ὅσα (ἦν) ἔθνη Παιονικά.* 97, 3 *χωρὶς ὅσα ὑφαντά τε καὶ λεῖα (ἦν).*

Memorabilis est formula *ὅσα γε κατὰ (πρός)* „quod attinet

ad": Thuc. IV, 48, 5 *ὅσα γε κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε.* VII, 11, 4 *ὅσα γε κατὰ γῆν.* VIII, 70, 1 *ὅσα πρὸς τοὺς θεούς.* VIII, 92, 9 *ὅσον καὶ ἀπὸ βοῆς ἕνεκα,* quo in posteriore loco nobilis est abundantia aut praepositionis *ἀπό* aut adverbii *ἕνεκα.* Quibuscum locis comparari potest illud Herodoteum I, 215 *ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς καὶ ἄρδις καὶ σαγάρις.*

Propria est soli Herodoto locutio *οὔνομά ἐστι* vel *ἦν,* cum Thucydides dicat *οὔνομα ἔχειν.* Qua in formula adhibenda libentissime Herodotum versantem videmus et in sententiis relativis et primariis. Saepius autem quam omittit ponit copulam. Deest: I, 179 *ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας· Ἴς τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα.* II, 73 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρός, τῷ οὔνομα φοῖνιξ.* II, 41. 140; IV, 23. 52. 54. 178; V, 52; VI, 92; VIII, 32; IX, 51. 91. 110. Multo saepius adest copula: I, 34. 60. 61. 71. 94. 107. 110. 144. 152. 163. 165. 175. 179. 184. 185. 205. 212; II, 29. 30. 55. 96. 100. 102. 113. 135. 162. 172. 181; III, 1. 50. 68. 85. 88. 117. 130. 143. 145; IV, 23. 43. 57. 78. 81. 92. 108. 151. 154. 157. 164. 168. 182. 184; V, 16. 21. 23. 33. 48. 51. 83. 92 *β*; VI, 23. 126; VII, 40. 99. 109. 112. 123. 140. 165. 180. 227. 235; VIII, 37. 46. 75. 133.

Ceterum quod attinet ad enuntiata relativa, rarissime omittitur copula apud Herodotum. Quae huiusmodi observavi, haec sunt: I, 189 *ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ, τοῦ αἱ πηγαὶ ἐν Ματιηνοῖσι ὄρεσι (εἰσί).* II, 76 *τοῦ δὲ ὄφιος ἡ μορφή (ἐστί), οἵη περ τῶν ὕδρων (ἐστί).* II, 149 *ἡ λίμνη, τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑαυτῆς (ἐστὶ) πεντηκοντόργυιος.* II, 159 *καὶ τριήρεες ἐποιήθησαν, τῶν ἔτι οἱ ὁλκοὶ ἐπίδηλοι (ἦσαν).* IV, 85 *ὁ Πόντος — τῇ εὐρύτατος αὐτὸς ἑωυτοῦ (ἐστί).* VII, 176 *ἔσοδος — τῇ στεινοτάτη (ἐστὶ) ἡμίπλεθρον.* VIII, 140 *α ἢν νικήσητε, τοῦ περ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπίς.*

Saepius apud Thucydidem in talibus ellipsis occurrit: I, 35, 5. 43, 2. 68, 4. 73, 2. 122, 1; II, 17. 62, 5. 97, 6; IV, 20, 1. 48, 6. 92, 7; V, 100; VI, 21, 2; VII, 45; VIII, 106, 4; alia.

Rarissime Herodotus copulam omittit in sententiis interrogativis hypotacticis: II, 38 *τὴν γλῶσσαν ἐξειρύσας, εἰ καθαρὴ τῶν προκειμένων σημηίων (ἐστί).* — Saepius Thucydides: I, 33, 2 *σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα (ἐστί).* 87, 2; IV, 40, 2, alia in orationibus; spectant huc quoque nonnulla ex lo-

cis supra allatis, ubi pendet infinitivus ex adiectivo in genere neutro, aut ex substantivo verbo omisso.

Superari deinde Herodotum a Thucydide facile cognoscas, si locos spectes, ubi in sententiis primariis in simplici narratione aut oratione deest copula: Her. I, 198 *ταφαὶ δέ σφι ἐν μέλιτι* (*εἰσί*). II, 65 *τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ — θάνατος ἡ ζημίη* (*ἐστί*). II, 66 *φιλότεκνον γὰρ τὸ θηρίον* (*ἐστί*)· *τυφλὸν δὲ ἐν ὕδατι, ἐν δὲ δὴ αἰθρίῃ ὀξυδερκέστατον.* II, 73 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς — τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρά.* II, 29 *ἄξιος μέν γε Αἰγυπτίων οὗτος ὁ θεός.* VIII, 140 β *πολλοῦ γὰρ ἡμῖν ἄξια ταῦτα* (*ἐστί*). IV, 54 *ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τούτων τῶν ποταμῶν, μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ἄλλος,* deinde *ἕκτος δὲ Ὑπάκυρις ποταμός.* IV, 101 *ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός.* IV, 108 *Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέονται καὶ Γελωνοί, οὐδὲ ἡ δίαιτα ἡ αὐτή.* III, 53. 127; IV, 182. 184; VI, 121. 123; VII, 22.

Multo maior est illorum numerus apud Thucydidem: I, 6, 3. 6, 5. 14, 3. 23, 2. 36, 3. 42, 4. 70, 2. 75, 5. 76, 3, 5. 81, 3. 107, 3. 120, 5. 121. 122, 2. 124, 2. 140, 2. 140, 5. 6. 143, 4. 145, 2; II, 11, 4. 11, 9. 13, 7. 36, 2. 40, 4. 43, 3. 43, 6. 44, 2. 44, 4. 45, 2. 60. 61, 1. 2. 89, 10; III, 11, 1. 13, 2. 37, 3. 40, 3. 42, 3. 44, 1. 46, 3. 48, 2. 55, 4. 58, 2. 59, 1. 67, 4. 82, 5. 97, 3. 101, 2; IV, 18, 4. 62, 4. 126, 5; V, 9, 8. 10, 5. 90. 102. 103. 105, 4; VI, 2, 3. 16, 3. 34, 2. 84, 3. 92, 4; VII, 14, 1. 14, 2. 67, 1. 77, 2. 77, 7.

Bis apud Herodotum futurum *ἔσται* deesse observavi: III, 42 *κάρτα τε εὖ ἐποίησας καὶ χάρις διπλῆ τῶν τε λόγων καὶ τοῦ δώρου* (*ἔσται*). III, 140 *ἀλλ' ὤν ἴση γε ἡ χάρις* (*ἔσται*). — Apud Thucydidem: II, 89, 10 *ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν* (*ἔσται*). III, 44, 2. I, 35, 3. 82, 2 *ἢν ἐσακούσωσι, ἄριστα* (*ἔσται*). 78, 4; V, 101. 76, 3.

Deest optativus *εἴη* in sententiis, quae pendent ex *ὡς* vel *ὅτι*, apud Thucydidem: I, 77, 3 *ὡς οὐ χρεὼν ὑποχωρεῖν*; II, 88, 2; IV, 62, 4. 126, 5; V, 29, 2. 100, 1, qui locus posterior propter conexum postulat *ἂν εἴη*.

Pluralis *ἐσμέν* deest Thuc. VI, 38, 2 *ἡμεῖς δὲ κακοί,* deinde *86,* 3 *ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοί.* — Omissum esse

ἐστέ vides I, 69, 1 καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι; III, 38, 5. 55, 1; I, 70, 2.

Elliptica est formula Herodotea οὐ γὰρ ἄμεινον, quam ex Homero et Hesiodo a scriptore petitam esse constat: I, 187; III, 71. 82; deinde οὐ γὰρ ὅσιον II, 81 et οὐ γὰρ θεμιτόν V, 72 et οὐ γὰρ δίκαιον VIII, 142.

Frequentius Thucydide, qui semel habet δῆλον δέ I, 11 et bis δῆλον ὅτι I, 38, 4; III, 38, 2, utitur Herodotus simili formula δῆλα γὰρ ὅτι: I, 4. 207; II, 5; III, 83; VII, 137. 162; VIII, 65; IX, 11. 100; semel legitur πρόδηλον γὰρ ὅτι IX, 17. Semel additur copula III, 38 πανταχῇ ὦν μοι δῆλά ἐστι ὅτι ἐμάνη μεγάλως. Bis occurrit in singulari numero verbi ellipsis: II, 116; VII, 137.

Omittitur ἐστί vel ἦν ab utroque in formula οὐδεὶς (οὐδέν) — ὅστις (ὅτι) οὐκ: Thuc. II, 82, 2; III, 81, 10; VI, 85, 1; VII, 87, 2. Her. III, 72; V, 97.

Semel tantum invenimus apud Herodotum VI, 128 formulam καὶ τὸ μέγιστον. Similiter se habet locus Thuc. I, 143, 1 ὅ περ κράτιστον.

Propria deinde Thucydidi est formula τεκμήριον δέ, in qua ἐστί semper deest, pro subiecto autem intellegendum est enuntiatum sequens per particulam γάρ incipiens, ut falso de ellipsi vocis τοῦτο cogitetur. Loci sunt: II, 15, 4. 39, 2. 50, 2; III, 66, 1. Similiter semel dictum est apud Thucydidem I, 8, 1 μαρτύριον δέ. — Paulo aliter se habet locus Herodoteus VIII, 120 μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον.

Amat uterque scriptor, priusquam aliquid enumerare aut narrare aut describere incipiat, per pronomina demonstrativa οὗτος, ὅδε, τοιόσδε, τοσοῦτος et adverbium οὕτως non solum sequentia praeparare, sed etiam, postquam narrandi finem fecit, per eadem vocabula totam rem una comprehensione complecti atque claudere. Itaque antequam Herodotus II, 5 Aegypti naturam describat, dicit Αἰγύπτου γὰρ φύσις ἐστὶ τοιήδε vel I, 101 priusquam de Medorum gentibus exponat „ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα", atque I, 195 narratione finita de Babyloniorum navigatione navibusque, quibus in Euphrate flumine utuntur, profert τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι τοιαῦτα, deinde

I, 94 postquam tradidit, quomodo sepulcrum Alyattis aedificatum esset, claudit narrationem *τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι.*

Multo autem frequentius Thucydide Herodotus ita locutus est. Deest in talibus copula *ἐστί, εἰσί, ἦν, ἦσαν* apud hunc: I, 46. 149. 151. 192. 216; II, 58. 76. 158. 173; III, 59. 84. 90. 95; IV, 39; V, 27; VII, 22. 85. 95. 110. 135. 162. Adest: I, 8. 125. 145. 149. 178. 193. 195. 199; II, 8. 17. 45. 68. 75. 82. 85. 87. 164. 165. 166. 168. 175. 198; III, 97 *η*. 100. 108; IV, 18. 41. 48. 67. 82. 101. 138. 188; V, 7. 8. 52. 92 *ε*; VI, 47; VII, 19. 90. 123. 161. 184; IX, 29.

Apud Thucydidem semel in talibus deest *εἰσί*, VII, 58, 2 *καὶ οἵδε μὲν τῆς Σικελίας τὰ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νενόμενοί* (*εἰσι*). Semel desideratur *ἦσαν*: II, 9, 1 *Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι* (*ἦσαν*); ter deest *ἦν*: II, 9, 3 *αὕτη Λακεδαιμονίων ξυμμαχία.* 54, 6 *ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νόσον γενόμενα.* IV, 41, 4 *ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα.* Semel deest *ἐστί*: I, 20, 3 *οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας*; contra adest *ἐστί* I, 2, 6; *ἦν* adest: I, 15, 1; II, 9, 5; IV, 93, 4; VII, 87, 6. — Nusquam omittitur *ἐγένετο* apud Thucydidem, quod saepius fit apud Herodotum: III, 64 *τότε μὲν τοσαῦτα*; IV, 150; VI, 139; VII, 167; deinde VII, 198 *ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θεσσαλίῃ καὶ τὰ ἐν Ἀχαίῃ* (*γενόμενα ἦν*). Semel adest *ἐγένετο*: IX, 113 *κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τοῦ Ξέρξεω καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο.*

Accedo ad ellipsin verborum *ποιεῖν* et *γίγνεσθαι*, quae sine dubio statuenda est in formulis *οὐδὲν ἄλλο ἤ, ἄλλο τι ἤ, τί ἄλλο ἤ* „nonne?“. Quamquam bene tenendum est, Graecos, cum memoria originis formulae plane evanuisset, eam adverbialiter usurpasse. Miror autem Kuehnerum [1]), quod brevitatem, quae efficitur illis verbis omissis, brachylogiae regioni attribuit.

Tres tantum ex Herodoto afferre licet locos:

I, 109 *εἰ δ' ἐθελήσει ἐς τὴν θυγατέρα ἀναβῆναι ἡ τυραννίς, ἄλλο τί* (*γίνεται*) *ἢ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος;* Construere autem nos *ἄλλο τι λείπεται ἢ — κινδύνων ὁ μέγιστος*, qua ratione ellipsis removetur, qualis est locus Xenoph. Cyr. II, 1, 21 *οὐδὲν αὐτοῖς ἄλλο ἐλελοί-*

---

[1]) pag. 1073.

πει, ἢ ἀσκεῖ τὰ ἄμφι τὸν πόλεμον, vetat verborum ordo ἄλλο τι λείπεται ἤ.

II, 14 εἴ σφι θέλοι ἡ χώρη ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, ἄλλο τι (γίγνεται) ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι;

VII, 168 ἢν γὰρ σφαλῇ (ἡ Ἑλλάς) σφεῖς γε οὐδὲν ἄλλο (ποιήσουσι) ἢ δουλεύσουσι τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων.

Loci Thucydidei sunt:

II, 16 δίαιταν μέλλοντες μεταβάλλειν καὶ οὐδὲν ἄλλο (ποιεῖν) ἢ πόλιν τὴν ἑαυτῶν ἀπολείπειν ἕκαστος.

III, 39, 2 τί ἄλλο οὗτοι (ἐποίησαν) ἢ ἐπεβούλευσαν. 58, 5 ὑμεῖς δὲ εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς — τί ἄλλο (ποιήσετε) ἢ πατέρας τοὺς ὑμετέρους ἀτίμους — καταλείψετε; 85, 4 ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο (ποιεῖν) ἢ κρατεῖν τῆς γῆς.

IV, 14, 3 ἄλλο οὐδὲν (ἐποίουν) ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν.

V, 87 εἰ — λογιούμενοι ἢ ἄλλο τι (ποιησόμενοι) ξυνήκετε. 98 κἂν τούτῳ τι ἄλλο (ποιεῖτε) ἢ τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε;

VI, 11, 6 μηδὲ Λακεδαιμονίους ἄλλο τι (ποιεῖν) ἡγήσασθαι ἢ — σκοπεῖν κ. τ. λ. 80, 2 εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας ὅ τε παθὼν σφαλήσεται καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, τί ἄλλο (ποιήσετε) ἢ τῇ αὐτῇ ἀπουσίᾳ τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι, τοὺς δὲ κ. τ. λ.

VII, 75, 5 οὐδὲν γάρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν ὑποφευγούσῃ. 77, 5 μὴ ἄλλο τι ἡγησάμενος ἕκαστος (ποιήσειν) ἢ — τεῖχος κρατήσας ἕξειν.

De ellipsi verbi λέγω cogitatur a grammaticis, nempe ut „ὅτι" explicetur, in particularum serie οὐχ ὅτι (ὅσον, ὅπως) — ἀλλὰ καί, quae non occurrunt apud Herodotum.

Thuc. I, 35, 4 ἡμᾶς μὲν — ἀπώσεσθε, τῶνδε οὐχ (λέγω) ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ — δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε. 97, 6 ταύτῃ δὲ ἀδύνατα (ἐστί) ἀξιοῦσθαι οὐχ (λέγω) ὅτι τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ κ. τ. λ.

III, 42, 6 (χρὴ) τὸν μὴ τυχόντα γνώμης οὐχ (λέγω) ὅπως ζημιοῦν (χρή), ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν.

IV, 85, 6 καὶ γὰρ οὐ μόνον (λέγω) ὅτι αὐτοὶ ἀνθίστασθε, ἀλλὰ καί κ. τ. λ. 62, 3 οἱ μὲν οὐχ (λέγω) ὅσον (non modo) ἠμύναντο, ἀλλ' οὐδ' (sed ne quidem) ἐσώθησαν.

De ellipsi alicuius verbi timendi vel curandi, quam praecipue in oratione vivaci, qua quis cum vi loquitur, adhibitam esse videmus ante vocabula (ὅπως) μή ita ut ellipsis iam non sentiretur, dicendum est Thucydidem in hoc genere ab Herodoto superari. Duos enim habes locos Thucydideos, ubi verbum timendi grammaticae ratione habita suppleas:

IV, 95, 2 ἢν νικήσωμεν, οὐ (δέος ἐστι) μήποτε Πελοποννήσιοι ἐς τὴν χώρην ἐσβάλωσι.

V, 69, 1 καὶ οὐ (δέος εἶναι) μή ποτέ τις αὐτοῖς ἄλλος ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ.

Plena locutio invenitur I, 82, 5 ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον — πράξομεν. III, 57, 1 ὁρᾶτε ὅπως μὴ ἀποδέξωνται.

Loci elliptici ex Herodoto petiti sunt:

I, 199 τὸ δὲ ἀργύριον μέγαθός ἐστι ὅσον ὦν· οὐ γὰρ (δέος ἐστι) μὴ ἀπώσηται.

III, 62 εἰ δ' ἔστι ὥσπερ πρότου, οὐ (δέος ἐστι) μή τί τοι ἔκ γε ἐκείνου νεώτερον ἀναβλάστῃ.

VII, 53 ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπ' ἄνδρας στρατευόμεθα ἀγαθούς, τῶν ἢν κρατήσωμεν, οὐ (δέος ἐστι) μή τις ἡμῖν ἄλλος στρατὸς ἀντιστῇ κοτε ἀνθρώπων.

III, 142 τῶν δέ τις ἐξανιστὰς εἶπε· ἀλλ' οὐδ' ἄξιος εἷς σύ γε ἡμέων ἄρχειν, γεγονώς τε κακῶς καὶ ἐὼν ὄλεθρος, ἀλλὰ μᾶλλον (ὅρα) ὅκως λόγον δώσεις τῶν μετεχείρισας χρημάτων.

V, 79 τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον (δεῖ ὁρᾶν) μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ μαντήιον „imo vero timendum est, ne haec non fuerit oraculi sententia".

VI, 85 εἰ νῦν ὀργῇ χρεόμενοι ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται (ὁρᾶτε) ὅκως ἐξ ὑστέρης μή τι ὑμῖν, ἢν ταῦτα πρήσσητε, πανώλεθρον κακὸν ἐς τὴν χώρην ἐμβάλωσι.

Plene dicit scriptor III, 36 ἢν δὲ πολλὰ τοιαῦτα ποιέῃς, ὅρα οκως μή σοι ἀποστήσονται οἱ Πέρσαι; deinde: I, 8. 209; V, 106; VII, 103.

Reliquum est, ut in extrema mea dissertatione ea exempla afferam, ubi per ellipsin totum enuntiatum omissum est. Fit nonnunquam in eo genere, quod anapodoton vocant grammatici. Pro omissa apodosi in talibus cogitandum est εὖ, καλῶς ἔχει

Thuc. III, 3, 3 *καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα* (*καλῶς ἔχει*), *εἰ δὲ μή — εἰπεῖν κ. τ. λ.*

Her. VIII, 62 *σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός* (*καλῶς ἔχει*), *εἰ δὲ μή — ἀναστρέψεις τὴν Ἑλλάδα*, quem locum Steinium, cum taceat in adnotationibus, fortasse ellipsi reiecta ita intellegere opinor, ut construatur *σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ, καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μή — ἀναστρέψεις τὴν Ἑλλάδα* „tu, si manebis ibi, etiam manens eris vir bonus, sin minus, Graeciam perdes". Sed analogia multorum aliorum locorum ut Il. I, 135; Plat. resp. IX p. 575 D; Xenoph. Anab. VII, 7, 15 docere mihi videtur ellipsin praeferendam esse.

Raro plena oratio occurrit: Thuc. I, 82, 2 *καὶ ἢν μὲν ἐσακούσωσι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα* (*ἐστί*)· *ἢν δὲ μή — ἴμεν ἐπ' αὐτούς.*

Ex Thucydide denique afferendus est locus IV, 63, 2 *ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* (*λόγος* vel *ἀγὼν ἔσται*) *ἀλλὰ κ. τ. λ.*

VITA.

Carolus Spormann, Guestfalus, natus sum in vico, cui nomen est Rumbeck, a. d. V id. Mart. a. h. s. LXIII, patre Andrea, matre Elisabeth e gente Freistein, quos adhuc vivere valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primordiis litterarum imbutus frequentavi gymnasium Hammonense, deinde Brunsvicense, unde maturitatis testimonium adeptus vere a. h. s. LXXXIV Halas me contuli, ut in universitate Fridericiana cum Vitebergensi consociata studiis philosophicis, philologicis, historicis, geographicis incumberem. Docuerunt me viri illustrissimi:

Bartholomae, Dittenberger, Droysen, Dümmler, Erdmann, Ewald, Gosche, Haym, Heydemann, Hiller, Keil, Kirchhoff, Pott, Schlottmann, Vaihinger. — Keil, Hiller, Dittenberger benigne concesserunt, ut exercitationibus proseminarii et seminarii philologici interessem. Kirchhoff seminarii geographici ut essem sodalis liberalissime permisit.

Quibus omnibus praeceptoribus optime de meritis, imprimis Hiller, Dittenberger, Keil, Kirchhoff, gratias ago semperque habebo.